BALDASSARIS TIMÆI
von Guldenklee
MEDICI ELECTORALIS
ET
CELEBRIUM QUORUNDAM
GERMANIÆ, GALLIÆ ET ITALIÆ
MEDICORUM
EPISTOLÆ ET CONSILIA.
Acceſſit &
HORTOLINI TIMÆANI
Topographia metrica,
&
INSCRIPTIONES.

LIPSIÆ,
Impenſis CHRISTIANI KIRCHNERI.

ANNO M. DC. LXXVII.

Inclytis

Inclytarum Urbium

SEDINI,
STARGARDIÆ,
COLBERGÆ,
STOLPÆ,
GREIFFENBERGÆ,
CÖSLINI,
TREPTOVIÆ &
RÜGENWALDIÆ
CONSULIBUS,
SYNDICIS,
CAMERARIIS,
SENATORIBUS, &
SCABINIS,
DOMINIS FAUTORIBUS
ET AMICIS SUIS

CULTU, OFFICIIS ET AFFECTU OBSERVANTER PROSEQUENDIS

BALDASSAR TIMÆUS von Guldenklee.

S. P. D.

NObiliſſimi, Ampliſſimi, Conſultiſſimi, Prudentiſſimi Viri, Domini, Fautores & Amici honorandi; Quantus ſit amor vitæ, nemo viventium ſibi non eſt conſcius: Mortem fugimus, vitam appetimus omnes & Reges & pauperes, & juvenes & capularii ſenes, docti, indocti, & quod mirum, etiam illi, qui cœleſtia ſperant. Pulchrè in hanc rem & piè Auguſtinus: MORTIS DIEM OMNES AFFUTURUM SCIUNT; EUM TAMEN OMNES DIFFERRE CONANTUR, ETIAM QVI POST MORTEM SE BEATIUS CREDUNT VICTUROS: TANTAM HABET VIM CARNIS ET ANIMÆ DULCE CONSORTIUM.

Libro de gratia novi Teſtamenti c. 6.

Exſtitêre quidem cùm à primis mundi exordiis, tum ſubſequenti ævo, & reperiuntur etiam noſtris temporibus non pauci, qui Sanguinem ſtipendiis elocant & vitam pretio vendunt; Verùm & hi, quoties

hoſtium,

hoſtium,ſeu vi, ſeu inſidiis circumventi, periculis implicantur,ſupplices fiunt & Spiritum lytris redimunt: Ipſe Achilles Ulysſi apud Homerum fatetur,malle ſe ruſticam vitam agendo inopi cuiquam colono operam locare, quàm in regione Acherontica omnibus defunctis imperare,de quo elegantes, interprete Grotio,exſtant verſiculi:

Malo equidem durum rus exercere labore
Paupere ſub Domino, tenuis cui copia victus,
Quàm latè populos inter regnare ſilentûm.

Sic & illi,qui cum morbis colluctantur, aut aliis calamitatibus ſubjacent, impatientes oneris mortem non raròpræoptant,cum inſtat, Æſculapium implorant & malunt inter miſerias & cruciatus vivere, quàm per mortes ſupplicio eximi. Olim Tamerlanes omnes leproſos interfici jubebat, non aliam ob cauſam,quàm ut eos,ita ajebat, miſerâ vitâ eximeret; At illi maluerunt cum lepra ſua, licet moleſtiſſima, vivere,quàm ultimo hoc remedio ab eâ liberari.

De ſenibus ſcriptum reliquit Epictetus, eos DEum accuſare, quod tam diu fatigentur, cum jam mori deberent; At ſi mors advenit, vitam deſiderant, *apud Stobaeum ſermone CXX.* Medicum accerſunt & orant ſubmiſſè nihil omittere induſtriæ in medendo;

Fruſtra precando flagitant mortem ſenes
Curricula vitæ longa culpantes ſuæ:
At cùm tremente mors propinquat pede,
Iterum allubeſcit vita,nec ſenium grave eſt.

Et quamvis Stoici multis de cauſis ſapienti ſpontè è vita abeundum eſſe doceant, ſicut è convivio ſatur ſurgit & abit: nemo tamen eorum inventus eſt, qui facto ſententiam conteſtatus, mortem vitæ prætulerit.

Antiſtheni Stoico vehementer ægrotanti & præ dolore exclamanti: Quis me liberabit ab hoc malo? Hic, inquiebat Diogenes, prolato cultello, ſi velis, ſubitò:

Non dico, reſpondit ille, à vita, ſed à morbo. Et Seneca, etſi mortis contemtum ubique inculcet, ipſe tamen, cum ultimam neceſſitatem vis externa denunciaret, expalluiſſe fertur, & tremula voce ſuum *libemus* ingemuiſſe: Una nimirum eſt catena, quæ nos alligatos tenet, amor vitæ, quem vix ullus ſanæ mentis unquam deponit. Abhorret ſcilicet natura interitum & ægrè diſſolvitur, quod tam arctè colligatum eſt. At quia ſuccumbendum tandem, inventa eſt ars, qua protrahatur, quod evitari non poteſt, cavendo ſcilicet, ne vitium capiant aut nimiùm conſumantur calor nativus & humidum primigenium, à quorum conſervatione vitæ ſalus dependet. De origine & antiquitate artis hujus nihil heic attinet dicere, ne Iliada poſt Homerum: Plenè & doctè peculiari elegantique ſcripto utrumque docuit Johannes Heurnius Ultrajectinus & ante hunc Galenus, Plinius, Celſus, Argenterius & alii. De neceſſitate ſufficit audire Syracidem: Honora Medicum propter neceſsitatẽ,

&

& manifeſtiſſimè eandem evincunt morbi, maximè verò dolores, ſi ſint acuti.

Dignitas ex eo conſtat, quòd non niſi à ſummis Imperatoribus, Regibus & Principibus olim culta ſit, nec ab aliis coli permiſſum fuerit, ſi Æliano credimus & Pindaro.

Ælianus lib. 2. de Hiſt. animal. c. 18. Pind. Pyth. 3.

De difficultate lis eſt. Theſſalus Trallianus adeò facilem eſſe artem medicam dixit, ut vel ſex menſium ſpacio addiſci poſſit, forſan à Themiſone Laodicæo, cujus aſſecla fuit, ita perſuaſus, qui ipſe artis parum gnarus innumeros occidiſſe fertur. Sic enim de eo Juvenalis ſenectutis incommoda recenſens, tot ei ineſſe mala ait

Quot Themiſon ægros autumno occiderit uno.

Rectiùs Hippocrates in fronte Aphoriſmorum, artem longam, hoc eſt, difficilem pronunciat: Oportet enim Medicum non tantùm corporis humani, cujus mira & nondum ſatis explorata eſt fabrica, ſed & morborum & ſymptomatum remediorumque, quorum infinitus penè eſt numerus, non minùs ac methodi omniumq; principiorum, ex quibus ſuas concluſiones exſtruit, non ſuperficiariam, ſed exactiſſimam habere cognitionem, ſiquidem ut Galenus 1. Aphor. 1. habet, non lateres, lutum, ligna, lapides, tegulæ, coria, artis medicæ, ſicut aliarum, ſunt materia, in quibus multis modis citra cujusquam offenſam, licet quod poſſis, experiri: In corpore autem humano ea tentare, quæ non ſunt experientiâ comprobata, periculo

culo

culo non vacat, cum temerariæ experientiæ finis ſit totius animantis internecio.

Ingenioſè olim hanc artis difficultatem per inſignia quædam Æſculapio adſcripta adumbravit antiquitas: per noctuam, ut ſit vigil & in ſtudiis perennet Medicus, ut ſciat caſus & eventus morborum prædicere; per Galerum & nodoſum baculũ, ut ſtudioſè addiſcat vim remediorum & vires ægri, ut cognoſcat exactè, quales remediorum ictus ſinguli homines excipere poſſint: per ſerpentem, ut callidè ſummaque cautelâ remedia admoveat & ad contortas indicationes curativas collineet; per Caput Draconis, ut acutè videat & cauſſas morborum ſcrutetur; Per Canem, ut ſagaci ingenio morborum indolem & eventum perſpiciat, perſpectumque ſumma cura & minimo nocumento morbum auferat ſanitatemque præſentem cuſtodiat, morbum imminentem fuget &c.

Quæ omnia quàm ſint laborioſa, nemo non videt. Verè Heurnius: Ad Æſculapidũm artem addiſcendam Æſculapii ingenio opus eſt, quod multâ artis cote, ſummâ laborum tolerantia ab ipſis incunabulis usque ſit ſubactum.

Ego cum in praxi medica, maximè in morbis quibusdam abſtruſioribus, radicatis aut malignis difficultate hac non ſemel implicarer, nec meo ipſius ingenio

genio & cura ſatis me extricare poſſem, conſultandi munere, quo nullum inter omnia medicorum officia, ut Claudino placet, ſalutarius eſt, feliciter emerſi, idemque ſi quando coram non eſſent, quibuscum conferrem, morbo inducias ferente, per literas expedivi; Quarum cum penes me ſat numeroſa eſſet congeries, ſelectiores uſui publico deſtinandas cenſui, ratus, fore in his aliqua, ſi non exercitatioribus Medicinarum Curionibus & Myſtis, tyronibus tamen profutura.

Ex his primum nunc in lucem prodit volumen & quidem ſub veſtris, Viri Ampliſſimi, auſpiciis, haud alia de cauſsâ, quàm quòd pleraque quibus abſolvitur, ἀκεύματα intra mœnia, intra ædes & cubilia veſtra nata conſignataque ſunt, & hoc jure vobis debentur. Accedit & favor, quo cùm vos ipſi, tum inclytarum, quibus præeſtis, Urbium Cives & incolæ me complexi multis & præclaris ſibi devinxêre beneficiis. His autem ex meritò retaliandis cum impar ſim, ſcripto hoc publico gratæ mentis obſidem ad ſubſellia veſtra deponere volui, enixè rogans, tenue hoc, ad æternum & conſtans celebratiſſimi nominis veſtri monumentum ἀντιδώρου loco benignè accipiatis, & ſic vos & quicquid veſtrum eſt, optimè habere jubeo. Colbergæ Kalendis Martii Anno M.DC.LXV.

Amplitud. & Spectabil. Veſtr.

omni ſtudio & fide addictiſſimus

B. Timæus von Guldenklee.

LECTORI
SINCERO & INTELLIGENTI.

EPiſtolarum congeriem, Amice Lector, quam vides, premi debuiſſe ſtatues, non promi, ratus nihil heic contineri novum aut rarum. Fateor, & ita jam decreveram. Verùm ubi in caſibus meis medicinalibus ad limam, antequam evulgarentur, revocandis occuparer, etiam in his paleis grana quædam inveni Hygieæ initiatis forſan non ingrata. Exercitatis enim minutalia hæc non appono, indignum arbitratus à dapalibus aliorum epulis ad cramben hanc noſtram & malvas quenquam avocare; Interea tamen, quam initio abjeceram, poſtliminio quaſi maturandam duxi editionem, cum animadverterem, multa in epiſtolis his exſtare, quæ in ipſo opere prætervisa vel huc remiſſa. Jeci itaque hanc aleam, utut etiam videretur dubia. Nihil enim in his elaboratum memini, imò nec ſatis reviſum; Prout primi tulere conceptus, ſic etiam nunc jacent ſingula, quod vel ex Stylo cognoſces.

Neque enim ad ornatum & oſtentationem hæc ſcripſi, ſed ad utilitatem initio quidem privatam, nunc publicam, & hoc ipſum diverſis annis, diverſis animi motibus, prout res tulit & occaſio;

Ipſa

Ipſa dies quandoque parens, quandoq; noverca eſt.

Ac eſſere & interruptiones in praxi medicâ, cum diffuſior eſſet & frequentiſſimæ & moleſtiſſimæ? At quomodo cohæreant, quæ à diſtracto turbatoque procedunt animo? quæ in his concinnitas aut elegantia? Certè ſi verborum pigmentis curandi eſſent morbi, nihil heic præſtitum; Sed rem ſpecta, LECTOR, *non colores, Rectè Seneca:* Sanantem medicum, non diſertum quærit æger.

Germanicè ſcripta, Germanicè inſerui; Non quòd latinitate donare arduum foret, ſed quia ſupervacaneum.

Cæterùm in hoc mihi ignoſci velim, quòd epiſtolas aliorum nullâ impetratâ veniâ, meis immiſcuerim publicique juris fecerim; Illud enim, non ſub meo, ſed authorum nomine, hoc utilitatis publicæ gratia factum eſt. Et cur condi debuit, quod ſalutare? Poſſem fortè & ordinis poſtulari, cum minus digeſtum ſit opus nec ſuo ſingula collocata loco; Verùm hoc Elenchus excuſabis eâ promptitudine quæſita oſtenſurus, qua rectè poſita ſeries, quam inter initia, ut dicam, quod eſt, neglexi; poſtea mutare moleſtum videbatur, cùm integrum volumen denuô fuiſſet deſcribendum.

Unum reſtat, quod deprecer, lapſus ſcilicet, ſi qui fortè obreſpere: Magna humanæ mentis eſt caligo, quam qui non agnoſcis, nec me velim noſcas & hæc, quæ ſcripſi. Vale. Dabantur Colbergæ Kalendis Martii ANNO *M.DC.LXV.*

CELEBRIUM
QUORUNDAM
MEDICORUM AMICO-RUMQUE APPLAUSUS METRICI.

ELOGIA.
FACULTATIS MEDICÆ
LIPSIENSIS,
IN EPISTOLAS ET CONSILIA MEDICA
BALDASSARIS TIMÆI
von Guldenklee.

NOminis & generis *Timæ* niteſcis *honore*,
Ars tua, quam ſcriptis exſeris, auget eum.
Pluraque conveniunt in Te Τιμήματα pulchre:
Sic benè *Timæi* nomen & omen habes.

τιμῆς ἕνεκα

poſ.

Johannes Michaëlis, Phil. & Med D. P. P.
Facult Med. Decanus, Academiæ Senior, & Archiater Electoral. Saxonicus, & Ducalis Altenburgicus.

Con-

Conſilia in lucem Naturæ Artisque Medentûm
Quando edis, quem Te Fama loquetur annus?
Nempe orbi toti Medicæ Podalirius Artis,
Naturæ ipſius Conſiliator eris.

D. Gottfried Welſch / Facult. Med. Senior,
Pathol. Profeſ. Publ. Maj. P.P. Colleg. Collegiat. Academ. Decemvir. & Reip. Patr. Phyſic. Ordinar.

MEntem TIMÆE, terream quisquis Tuo
ineſſe dicit pectori, næ fallitur!
Latere namque terra, quicquid nobile
Natura fecit, inque cæca viſcera
Cupit ſepultum. Monſtrat hæc ignobile.
Diverſa mens, TIMÆE, Magne Vir, Tibi,
Secretiores quippe pandis ingenI
Dotes. Sepultum viſitur nil arduum.
Hem! Fallor. An diverſitatis vertitur
In hôcce cardo? Terra quicquid viſcere
Abſcondiet imo, ſanitatem corporis.
Mentisque turbat, lædit, aufert, enecat.
TU ſed legendum quicquid Orbi parturis,
Mentemque curat, curat atque corpora.
Tibi ergo mentem terream quis diceret
ineſſe: mentem quis negaret entheam?

Nobiliſſimo Autori VIRO
Fama & Scriptis Medicis Celeberrimo officioſo adfectu gratulari voluit debuit.

Sigismundus Rupertus Sultzberger / *Philoſ. & Medic. Doctor. Facultatis Med. in Academiâ Lipſienſi Aſſeſſor, nec non Anatom. & Chirurg. Prof. Publ.*

OMnia dum rident, dum formoſisſimus annus,
Dumque parit fructus quælibet herba ſuos

Svavia TU plantas Medicis, TIMÆE, roſeta;
Inquibus aſſiduè ſugere mella licet.
Non hicin paleis conduntur grana rejectis,
Non levis hîc crambe, nec mala malva datur.
Optimus hîc florum cumulus procreſcit in hortis;
Granum hîc morbifugum quælibet herba parit.
Quod ſi tot fructus nobis naſcuntur in iſtis:
Grana TUI CASUS optima nonne ferent?
Illos nunc publicos, quoniam protrudis in uſus,
Nominis inde Tui Fama perennis erit.

Boni ominis ergò appoſuit

Martinus Friedericus Frieß / Phil. & Med. D.
Fac. Med. Aſſ. & Profeſſ. Publ.

Laude tuos dignos cenſet Timae Labores
Inclyte, Pæonii Docta Caterva Chori.
Ipſa premit Philyre Medicorum pollice Vota,
Et fauſtam Sortem Praxeos eſſe jubet.
Macte tuâ Virtute tuo ſic perge labore,
Sic etiam Nomen Poſteritatis erit.

αὐτοσχεδιαστί
F.

D. Paulus Amman, Fac. Med. Aſſeſſ.
& Acad. Botanic.

SEQVUNTVR NVNC ADGRATVLATIONES
ALIORUM QUOQUE AMICORUM.

Arte tuâ liber editus, Optime Frater, avente
Perlegitur ſtudio, doctâ ratione Medentûm
Et promiſſa illo exſpectatur Epiſtola libro.
Urge opus ut videant delectenturque legentes
Non Te vana tuliſſe, ſed ardua & abdita in antris
Morbonæ clauſis animo reſerata perito.

Præſaia

Præſcia mens ſpondet laudemque decusque labori
Incolumesque addet vitæ dator inſuper annos
Queis arti atque Sirgæ valeat producere vires.

Ita vovet Fratri germano & unico
CHRISTIANUS TIMÆUS
von Guldenklee.

VIRO
Nobiliſſimo & Excellentiſſimo
DN. BALDASSARI TIMÆO
von Guldenklee.
Domino in Neugarten, Rüzenovv & Roſenberg
Archiatro Electorali Brandenburgico.

CRevit in immenſum medicam, Vir Magne, per artem
Hactenus ingenii laus tua, crevit honor.
Non ſatis eſt morbos felici pellere dextra,
Atque Ducûm fatis amplificare moras.
Non ſatis eſt patriæ ſibi tot ſervare columnas,
Civibus haud reliquis conſuluiſſe ſatis.
Horum perfacilis quippe eſt oblivio; nomen
Ultra fata tuum multiplicare placet.
Hoc tua quam vulgas præſtabit Epiſtola: Phœbi
Ipſius ex horto eſt *aureus* hic *Cytiſus*.

Fautori & Amico ſuo obſervantiſſimo de editis epiſtolis medicinalibus bis gratulatur
NICOLAUS Schultz / Med. D.

BALDASSAR TIMÆUS von Guldenklee.
Per *ἀνάγραμμα* eliſa R.
ILLE BEATUS AGENDO, CEDAMUS ULNAS.

CUncti hunc mirantur: Namque ILLE BEATUS AGENDO,
CEDAMUS, *Deus & fortuna huic porrigit* ULNAS.

Socero honoratiſſimo
Numinis favorem actionumque felicitatem animitus gratabar
FRIDERICUS von Neſſen.

BOmbilat & volitat frondoſos tempore verno
Per ſaltus, valles, nemora & viridantia prata
Sedula gens apium, gens quæ fragrantia mella
Colligit ex herbis, foliis ac floribus udis
Roreque cœleſti madidis; mox germania libat
Et Cythiſum, mox Hepatice, quod nobile vulgo
Dicitur, atque thymo mox & Libanotide largâ
Paſcitur, unde favis multifora ſtamina texens
Suſpendit ceras & mellibus alvear implet
Uſibus humanis, apium quoque paſtibus aptis.
Et tu qui generis, qui nobilitate coruſcas
Artis Apollineæ, qui pulchro nomine gaudes,
Clare THYMÆE Thymi, rurſum tua dulcia mella
Promis, quæ ex ſcriptis variis in vere legebas
Ætatis, ſtudio multoque labore.
Macte hac laude tuâ; Medicorum lumen & ultra
Perge latus mundi nomen per utrumque medendo
Didere, erisque *Thymus* cuncto pretioſior *auro.*

Paucis hiſce Nobiliſſimo
Dn. B. Timæo von Guldenklee / *epiſtolas ſuas medicinales edenti gratulabundus applaudebat.*

JOHANNES Kieſelbach. Med. D. & Phyſicus Stetinenſis Ordinarius.

NObilis ingenio, Vir nobilis arte medendi,
Nobilis antiquâ gente TIMÆUS ovas.
Nunc etiam ſcriptis excelſum nomen ad aſtra
Evehis & Medicos inter amatus, ovas.
Nil ſupereſt, niſi quod, poſt acti ſerius ævi
Tempora, cælorum ſede receptus, oves.

Votum poſthumum
JOHANNIS MARCI, Phil. & Med. D.

BAL-

BALDASSARIS TIMÆI von Güldenklee EPISTOLARUM MEDICINALIUM.

LIBER I.

De præcipuis ſupremi ventris affectibus.

EPISTOLA I.

De paralyſi palpebrarum.

VIRO
Illuſtri & Excellentiſſimo
DN. LAZARO RIVERIO,
Conſiliario Regio & Medicinæ in alma Monſpelienſium Profeſſori primario & celeberrimo, Domino & Fautori ſuo omni obſervantiæ cultu proſequendo.

S. P. D.
BALDASSAR TIMÆUS,
von Güldenklee.

EX quo filium meum inter Batavûm Muſas Hygieæ Sacris initiatum in celeberrima Monſpelienſi veſtra appuliſſe intellexi, non potui non eidem gratari hanc felicitatem, qua inter alios, Te imprimis Vir incomparabilis, Pręceptorem nactus, exactiſſimam artis medicæ cognitionem ex ore docentis hauriret præſens, quam nos in ſcriptis veneramur longo terrarum tractu remotiſſimi; Atq; utinam fortunam hanc reverenter habere, occaſionis opportunitatem dextrè amplecti eademque rectè uti noſſet conſilii inops & Juvenis!

Non audeo Excell. Tuam gravioribus occupatam rogare, ut Filium hunc meum quandoq; admittat, moveat, conatꝰ ejus juvet, promoveat, cęcutienti facem præluceat. Si tamen Excellentiæ Tuæ aliquam laboris hujus partem pro ſingulari humanitate ſuâ & benevolâ in exteros propenſione ultrò in ſe recipere non fuerit moleſtum

magno & inæſtimabili me ſibi devinctum reddet beneficio, cui ſolvendo etſi impar ſim, faxo tamen, gratæ mentis affectum Excell. Tua aliquali documento experiatur.

Cœterum etſi non parum verear, quin literarum prolixitate Excell. Tuæ faſtidium concitem; Urgente tamen quodam Nobili & apud nos magni nominis Viro, intermittere haud potui, quin affectum, quo is ipſe premitur, mirabilem ſanè & rariſſimum Excellentiæ Tuæ detegerem, ejusque opem & conſilium implorarem. Eſt autem talis: Generoſus & Nobiliſſimus Dn. Jacobus Heidebreeck, Sereniſſimi Electoris Brandeburgici Conſiliarius intimus & Oeconomiæ in Pomeraniâ Orientali director &c. quinquaginta ſeptem fermè annorum temperamenti calidi & humidi, ante triennium & amplius nictationem quandam vel potius inſtabilitatem palpebrarum initio quidem non adeo notabilem & per intervalla ſaltem recurrentem ſenſit, progreſſu autem temporis, malum augeri cœpit, tandemque in immobilitatem degenerare, ita, ut nunc quidem palbebræ utriusq; oculi aperiri absque manus operâ non poſſint; Tumor in palpebris ut & dolor aut calor nullus, denſitas, aſperitas, ſcabrities, calloſitas, inflatio aut aliud vitium nullum, ſupercilia item rectè & naturaliter conſtituta non minus, ac ipſi oculi, quorum nulla eſt, nec fuit ægritudo; Reliqua etiam corporis conſtitutio ſatis firma, vegeta & ad omnes actiones promta, nullis unquam morbis, præter febres tertianam & quartanam, idque rarius, illa quidem bis, hac ſemel tantum, tentata. Cauſam Medicorum nonnulli in humorem ſeroſum, alii in pituitoſum muſculos & nervos palpebrarum laxantem referunt, alii materiam quandam tartaream & gypſeam, alii denique vaporem craſſum & fixativum accuſant.

Hinc varia remediorum genera adhibita, purgationes nimirum univerſales & particulares, diaphoretica ſudoribus etiam in Laconico provocatis, revulſoria, phlebotomiæ, cucurbitulæ cum & ſine ſcarificatione, veſicatoria, ſinapiſmi, fonticuli, epithemata, emplaſtra, unguenta, ſuffumigia & id genus alia; Noviſſimè de ſetaceo deliberatum eſt, quo non proficiente ad operationem Chirurgicam, quam deſcribit Celſus libro 7. cap. 7. & Paulus lib. 6. cap. 13. tanquam ad extremum remedium confugiendum cenſent.

Verum, cum periculi non omnino ſit expers & eventus dubius, Excell. Tuam ſummoperè rogatam volumus, judiciū ſuum de caſu hoc difficili nobis communicare non dedignetur, Id quod omni

ſtudio

ſtudio cultuque demereri annitemur, ipſo etiam facto gratitudinem noſtram conteſtaturi. Interea Excell. Tuam bono publico nobisque diutiſſimè ſuperſtitem validamque precamur. Dab. Colbergæ ad mare Balthicum die XXVIII. Novembr. Ao. M.DC.LI.

Nobili Excellentiſſimoque

VIRO

BALDASSARI TIMÆO,

Sereniſſimi Electoris Brandeburgici Archiatro &c.

Domino & Fautori meo plurimum obſervando.

S. D.

LAZARUS RIVERIUS.

EXcellentiſſime Vir, ſumma erga exteros & præcipuè Germanos animi mei propenſio facit, ut gratiſſima ſit, filii tui, ingenui Adoleſcentis commendatio. Equidem quibuscunque modis ſtudia ejus adjuvare atque promovere potero, in eo libentiſſimè operam meam impendam.

Caſus Nobilisſimi Viri Domini Jacobi von Heydebrecht rarisſimus certè eſt & a vulgarium morborum ſorte longè remotus. Licet enim ad paralyſin palpebrarum referendus videatur, mirum tamen eſt, humorem, illam producentem tam exiguum ſpatium occupare, nervulos nimirum palpebras moventes & longi ſatis temporis progreſſu nunquam ad vicinas partes ſeſe porrigere. Mirum etiam tot remedia tam prudenter à doctiſſimis Medicis & ex arte uſurpata nihil profuiſſe, quod certè maximam morbi contumaciam arguit. Licet autem non is ego ſim, qui inter tot eruditiſſimos Medicos me arbitrum conſtituere debeam; Attamen, quia ſententiam meam ab Excell. Veſtra erogatam denegare non poſſum, paucis eam perſtringam: Exiſtimo igitur, ut antea dixi, hunc affectum ad paralyſin referendum eſſe. Et cum materia in principio ad nervos palpebras moventes delata, tenuiſſima eſſet, vel fortè flatulenta aut acrimoniâ prædita, nictationes & motus involuntarios palpebrarum efficiebat, quemadmodum apud ſolidiores Neotericos hodie receptiſſimum eſt, motus convulſivos à materia flatulenta aut acrimonia præditâ excitari. Succeſſu autem temporis humore ad nervulos defluente magis incraſſato & eorum ſubſtantiæ impacto is meatus illorum inſenſiles occluſit, & ſpiritus animalis tranſitum præpedivit.

Curatio à Præſtantiſſimis Viris inſtituta valdè appoſita fuit. Sed illos minimè latet, quàm contumaces ſint omnes paralyſis ſpecies, ut omnium remediorum vim ſæpiſſimè eludant. In hoc verò caſu ſi quid ſperandum ſit, illud protenus ex lon-

longiſſimo remediorum reſolventium & diaphoreticorum uſu elicere oportet. Quamobrem in eâ eſſem ſententia, ut vernâ tempeſtate proxima purgatio ſolennis inſtitueretur per apozemata ex cephalicis & purgantibus compoſita ad quatuor vel quinque dies præmiſſa venæſectione. Poſtmodum inſtituendam cenſerem diætam ſudorificam ex decocto gvajaci & ſarſæparillæ ad quadraginta dies, non urgendo ſudores præter modum, ſed blandè tantum promovendo, ne corpus nimium incaleſcat. Tempore ſudoris admovendos cenſerem Syncipiti raſo ſacculos calentes ex ſale, milio, avena, fœniculo & aniſo compoſitos, quorum deſcriptio habetur in praxi mea cap. 1. lib. 1. & poſt deterſum ſudorem admoverem emplaſtrum epiſpaſticum ibidem poſt ſacculos deſcriptum.

Interim per diætæ decurſum bocheto ex ſarſaparilla uti debet, Saccharo & cinamomo guſtus gratiam conciliando, à vino abſtinendo & cibos ſicciores uſurpando præciſis omnibus humectantibus. Tùm quintæ cuilibet doſi decocti ſudorifici adderem cum levi ebullitione ſenæ ℥ß. Turbith, hermodactyl. & Agariciana ʒj quæ purgantia in apozematis etiam erunt præſcribenda.

Finitâ diætâ, ſi morbus perſeveraret, ad extremum aliquod remedium confugiendũ eſſet, juxta præceptum Hippocratis, quod medicamentum non curat, ferrum curat quod ferrum non curat, ignis curat. Vellem igitur ad extremum cauterio actuali pluribus in locis ſynciput inurere, ita tamen ut ad pericranium uſtio non pertingeret, ſed in cute ſolùm ſiſteretur. Et quia remedium illud eſt valdè crudele, vellem aliud potiùs tentare minus moleſtum, nempe veſicatorium toti capiti deraſo inſtar cucuphæ admotum, & ſi operatio illius prima vice ſufficiens non fuerit, vellem iterum atque iterum applicare. Illud autem veſicatorium non ex fermento fieri debet, ut pluribus in locis moris eſt, ſed ex maſſa emplaſtri in praxi mea loco citato deſcripti, quia gummata, quæ illius compoſitionem ingrediuntur, humorem impactum attenuant, ut faciliùs extrahi valeat.

Dum topica ita uſurpantur, æger debet ſervare eandem victus rationem, quæ in diæta ſudorifica fuit propoſita, nempe exſiccantem cum bocheto ſarſæparillæ. Si remediis hiſce non cederet affectus ad aliam cogitationem me converterem & ad alia remediorum genera tranſirem, quæ jam effutire abſonum videtur. Sed ſi Excell. Veſtra de eventu prædictorum certiorem me reddere voluerit, iterum reſcribam.

Va-

Vale. Datum Monſpelii d. IV. Menſ. Mart. Anni M.DC.LII.
RIVIERE.

P. S.

FInitâ diæta & poſt uſum veſicatorii poterunt foveri palpebræ & ſupercilia vino albo, in quo folia Salviæ, rorismarini, thymi & lavendulæ bullierint, idque bis in die longè à paſtu &c.

Poſtquam ex conſilio Dn. Riverii Veſicatorium toti capiti deraſo ſuperinductum eſſet, nocte ſequenti ſtranguriâ admodum doloroſâ & paullò poſt mictione cruenta correptus æger per biduum pesſimè habuit, exhibitis tamen idoneis remediorum præſidiis ab utraque liberatus eſt, quin & palpebras ſponte & absque manus adminiculo, attollere ad tempus potuit, magno quidem, at brevi gaudio: Paucorum namque dierum decurſu recruduit malum, meo quidem ςοχασμῷ nunquam curabile.

EPISTOLA II.

De eodem affectu.

Excellentisſimo & Clarisſimo.

DN. BALDASSARI, TIMÆO, von Güldenklee. Medico Electorali &c.

Domino & Amico honorando.

PETRUS SANCHIUS, Medicinæ in Monſpelienſi Univerſitate Profeſſor P.

S. P. D.

CAſus ab Excell. Tua per literas & filium nuper propoſitus deſcribitur à Galeno lib. 4. de loc. affect. cap. 2. his verbis: Quemadmodum in muſculis, quorum jam ſupra meminimus, ita & in his, qui palpebram ſupernam movent, evenire neceſſum eſt: Igitur ſi muſculus illam ſurſum trahens, exſolvitur, laxam efficiet & palpebram, ita ut oculus aperiri non poſſit. Oritur muſculus ille ab orbita internâ & adeò parvus eſt, ut in majoribus quoque animalibus vix manifeſtè perſpici poſſit. Ideô rariſſimus caſus, quod ille ſolus nervus fuerit ſucco quodam tenui inebriatus & emollitus & ſic ineptus redditus ad motum citra partium vicinarum & adjacentium ullam affectionem, & ita curatu difficillima affectio, interim tamen non deſperata, ſed quæ longo & aſſiduo indigeat regimine.

Quoad curationem igitur præmiſſis univerſalibus & ſæpius repetitis particulares evacuationes capitis diligentisſimè inſtituendæ. Singulis ſeptimanis probarem pilulas cochias minores ad ʒß. cum eadem doſi pilularum de agarico. Singulis matutinis ante cibum utatur

BIBLIOTECA ... ROMA

tur errhino ex ſucco majoranæ, betæ rubræ, diſſolutis in vino albo. Admoveantur cauteria duo, pone aures ad radicem utriusque vitando vaſa, & ulcera excitatâ; retineantur diu aperta. Paulò ſupra etiam pone aures admoveantur veſicatoria bis in menſe, caput non valdè opertum & calidum habeat; Sufficiet, ut ab immodico frigore ſe tueatur. Adhibeatur tibiæ interiori dextræ etiam cauſticum potentiale. Admoveantur alternis noviluniis hirudines venis hæmorrhoidalibus & ſanguinis extrahatur ſufficiens quantitas, utrumque hoc præſidium valet ad præcavendum, ne aliquid à viſceribus naturalibus etiam ſuo meteoriſmo foveat affectum palpebrarum. De diætâ ſudorifica cogitandum eſt, in qua potisſimùm habeatur capitis ratio & proveantur ſudores in illo ſacculis & fotibus convenientibus Si loco cauteriorum, quæ diximus admovenda pone aures, vellet pati ſetonem loco debito, maxime profuturum exiſtimamus. Quoad topica, nullum invenimus melius balſamo Guidonis, quo partes reſolutæ tepidè illini posſunt ſingulis diebus bis aut ter, priùs fovendo easdem conveniente ſpiritu vini, in quo antiqua theriaca fuerit diſſoluta. Hæc ſunt, quæ in caſu ita extraordinario fieri poſſe ex arte cenſemus, quibus benedicat Altisſimus. Cui Te tuosque devotè commendo. Dab. Monſpelii d. 27. Martii Anni M.DC.LII.

EPISTOLA III.

Ejusdem Argumenti ex Literis

VIRI Excellentisſimi & Celeberrimi

DN. D. JOHANNIS MICHAELIS,

Medicinæ in alma Lipſienſi Profeſſoris publici & Decani, Archiatri Saxo-Altenburgici,

Ad

DN. BALDASS. TIMÆUM von Güldenklee.

Sereniſſimi Electoris Brandenburgici Archiatrum.

Lipſiæ d. VII. Decembr. Anni M.DC.LI. datis.

QUod palpebrarum affectum attinet, quo Nobilisſimum quendam virum ultra triennium affligi Excell. Tua ſcribit, ipſa ætatis ratio declarat, præſertim quia humiditas excedit in hoc ipſo corpore, conſtitutionem palpebrarum affici ab excedente humiditate & frigiditate, ea propter palpebrarum tonus laxatur, quod ut maximè confirmat caliditatis abſentia: Naturâ enim palpebræ ſunt partes frigidiores, quod ipſum manifeſtat illarum corrugatio ætate declinante. Quod verò ante omnimodam mo-

motus ablationem ad objectum ſplendidius ſtabiles aliquo modo perſtiterint, in cauſa fuit ipſe ſplendor, qui ſpiritus animales concitare ac ſatis mobiles reddere valet. Cauſa recurſus fuit tonus muſculorum maxima ex parte reſolutus, qui plurimum ſpiritus animalis requirebat, ſed impoſſibile erat, ut in tanta ſemper copia affluerent ſpiritus. Accedit etiam humoris gravitas, quæ ſuperiorem palpebram facilius ad inferiorem detrudit. Quod remediorum (ſcilicet balnei, ſcarificationum, veſicatoriorum & fonticulorum) adhibitorum fruſtrationem attinet: Balneũ quidem ſive ſudorum in Laconico provocatio humilitates egregiè & potenter evocare valet; Verùm quia tonus muſculorum eſt reſolutus, propterea præternaturalis humiditas non poteſt expelli, licet ab externo calore pori aperiantur: Vis enim expultrix non inſurgit ad expellendum ob fibras reſolutas. Eadem fere ratio hic militat in ſcarificatione, veſicatoriis & fontanellis: Licet enim materia revellatur aliquatenus; Attamen conſtitutio palpebrarum præternaturalis non eſt apta ad materiæ in ipſis hærentis expulſionem, & ob fibrarum reſolutionem & ob validi innati ſuppreſſionem; Interim major ſanguinis pituitoſi mittitur quantitas ad partes affectas, quàm poteſt ab ipſis digeri & abſumi. Hinc facilè prognoſin ſumere licet, ſi patiens nihil remittat de frequenti lectione atque ſcriptione, quæ affluxum maxime concitant, parum vel nihil proderit omnis medicatio. Sin per diætæ exactiorem regulam ac diuturniorem medicamentorum continuationem ſibimetipſi nauſeam ſeu indignationem non conciliabit, non omnium remediorum reſpondebit fruſtrata exhibitio, quoniam inveteratum eſt malum, vehementia medicamentorum diuturniore uſu erit compenſanda.

Maximum indicans eſt morbus, qui fovetur à cauſa continente, morbus nimirum intemperiei compoſitæ, frigidæ & humidæ cum materiâ. Hic indicat ſui ablationem & ſibi contrarium. Cauſa verò morbi non ſemper expedit contrarium per ſe, ſed quandoque etiam ſimile, quo tamen hoc loco opus non eſt. Symptoma eſt actio læſa & in præſenti caſu nihil indicat, quia non eſt urgens & ſublato morbo idipſum evaneſcit: Retinetur ergo primarium indicans, nempe morbus, quo pertinet etiam cauſa continens, quæ ipſius eſſentiam conſtituit. Ex hoc fundamento inſtituitur curatio.

I. Quia corpus temperaturæ eſt calidæ & humidæ, de facili poterit ferre purgationem, quæ ſeroſam colluviem per alvum exturbet & in-

inſuper reſpiciat caput & oculos.

2. Adhibenda ſunt ea, quæ caput corroborant, ut ſpiritus apoplecticus, cephalicus, pulvis analepticus Mindereri, Spirit9 ⊖li cephalicus, ſpecificum cephalicum, Eſſentia ambræ &c.

3. Applicanda erunt topica fronti & temporibus, quæ paulatim ſiccando, adſtringendo & roborando affluxum inhibeant.

4. Ipſis palpebris talia adaptanda quæ in paralyſi proſunt & humores diſcutiunt ac reſolvunt, præterea que nervos roborant. Nec minus commodum erit pedilavium ex herbis cephalicis calefacientibus. Ex fonte chirurgico nihil ferè remedii poterit aſſumi, quia ſenilis ætas & temporis inclementia venæſectionem non admittunt niſi plethora urgeat. Maximè utilis eſt balſamus nervinus & eſſentia ex foliis tabaci cum ſpiritu paralytico extracta. Imprimis convenit balſamus verus: Zacutus Luſitanus prax. medic. admirabil. lib. 5. obſerv. 64. fol. 16. in ſimili caſu maximè balſamum cum aqua vitæ mixtum profuiſſe narrat.

Regimen Sex rerum non naturalium quod uno vocabulo dicitur diæta, hoc modo inſtituatur. Aër ſit lucidus, purus, calidus ad ſiccitatem tendens. Potus ſit cereviſia defæcata ac lupulo condita, vinum Rhenanum non auſterum. Cibi aſſumantur, qvi facilius poſſunt coqui & laudabilem præbent ſuccum (ut caro caponum, gallinarum &c) nec parcâ manu aſpergantur aromata, nuc. moſchatæ, cinamomum, flores anthos, ſalviæ &c.

Quies modum excedens nocet; maximè verò prodeſt motus & membrorum agitatio. Somnus ſit moderatus ne cruditates cumulentur in cerebro. Vigiliæ ita fiant, ut inde calidi innati exſiccatio non ſequatur, alias exſiccatio humoris abundantis corpori conducit. Animi affectus omnes compoſiti ad hilaritatem: Ira, Melancholia & Venus maximè nocent. Excreta debent ſtatuto tempore ejici, ne vapores inde generati cerebrum ejusque actiones infringant. &c. &c.

EPISTOLA IV.

De eodem morbo.

JACOBUS MARTINIUS
à BERINGA,
Medicinæ Doctor & Phyſicus
Reipublicæ Gedanenſis.

IN caſu mirabili & raro, quem Vir Conſultiſſimus Laurentius Gablerus ſcripto exhibere & ſuper eo medicum à me conſilium expetere voluit, præſuppono cacochymiam totius corporis, latentem ſcorbuti διάθεσιν, orificii ventriculi vitium, vapores petentes caput, per viſcerum conſenſum, ita quidem, ut rigida immobilisque reddatur

datur palpebra. Hæret itaque vitium in muſculo utroque palpebrarum eorundemque muſculorum connexu, atque tanto majoris eſt difficultatis reſtituere in integrum iſtam functionem, quo jam a tribus annis & amplius illud malum cœpit: Modo ad vaporem iſtum fixativum, fixativum, inquam, e cavernis prodeuntem, quo immobilis redditur palpebra, dirigendum eſſe omne negotium auguror, præviè tamen, ut cura inſtituatur totiꝰ corporis cacochymici, latentis ſcorbuti nec non orificii ventriculi per ſelecta & ſpecifica, non ſupervacanea medicamenta. Dubitandum non eſt, his ritè adminiſtratis, levatum ac multum adjutum iri, Generoſum Dominum, præſertim ſi αὐτοψία accedat, quæ faciliorem viam mediaq; cogitanti & intuenti Medico ſuppeditare ſolet. Hæcce lubens teſtificari & conſignare volui, quantum temporis anguſtia & ægrorum interpellationes crebræ permittere voluerunt. Dantiſci d. XXIX. Martii An. M.DC.LI.

EPISTOLA V.

De eodem caſu.

VIRO

Nobili & Excellentiſſimo

DN. D. GUVERNERO ROLFINCIO,

Medicinæ in alma Salanâ Profeſſori celeberrimo,

Domino Fautori & Amico meo plurimùm obſervando.

S. P. D.

BALDASSAR TIMÆUS

von Güldenklee.

QUanquam ingens temporis vitæque præterlapſum ſit ſpacium, ex quo primum inter nos amicitiæ pactum eſt fœdus Hygeiæ olim in almâ Antenoreâ litantes & poſtmodum per alpes & Germaniam ſuperiorem communi itinere decurrentes; Nullus tamen ambigo, quin ſua antiquæ fidei atiamnum apud Te conſtet integritas, ex meâ parte nunquam niſi mecum intermoritura. Equidem jucundiſſimæ converſationis memoriam recolens ſæpe animum induxi, ſopitas quaſi veteris amicitiæ flammas literario affatu excitare; Sed neſcio quæ, tale quid conantem inter tot belli calamitates aliaque domi foriſque expedienda, retraxerint.

Nunc poſtliminio quaſi, diuturna ut rumpam ſilentia, commodum aptumque ſcriptioni & profeſſioni noſtræ ſe offert argumentum, caſus nimirum mirabilis & accuratâ conſideratione digniſſimus, quo Vir quidem magni apud nos nominis affligitur. Is ante triennium & quod excurrit, nullo præcedente morbo, levem quandam & per intervalla recurrentem palpebrarum

nictationem ſive inſtabilitatem ſentire viſus eſt, progreſſu temporis malum indies augeri & invaleſcere cœpit, tandemque in immobilitatem degenerare, ita, ut nunc quidem palpebræ utriusque oculi aperiri absque manus operâ non poſſint. Tumor in palpebris ut & dolor, rubor aut aliud vitium nullum; Supercilia item rectè & naturaliter conſtituta, non minus, atque ipſi oculi, quorum nulla eſt nec fuit ægritudo; Reliqua etiam corporis conſtitutio ſatis firma & vegeta, nullis unquam morbis, præter febres quaſdam intermittentes, obnoxia &c.

Plures quidem hactenus in conſilium adhibiti & Medici & Chirurgi imo & agyrtæ, quos oculiſtas vulgus vocat; tentata varia remediorum genera tam interna, quàm externa, ſed omnia ſine ſucceſſu.

Viſum eſt & exterorum in arte celebrium medicorum opem & conſilium & inter hos tuum præcipuè, Vir Excellentiſſime, de raro hoc caſu judicium implorare, obnixè rogantes, illud pro ſingulari tua dexteritate non deneges, id quod omni ſtudio & promptitudine viciſsim demerebimur. Vale Vir mihi ſemper æſtimande & abruptæ per occaſionis præcipitantiam ſcriptioni bonus ignoſce. Dab. Colbergæ d. XV. Aprilis Anno M. DC.LII.

Excellentiſſ. & Nobiliſſ.

DN. BALDASSARI TIMÆO,

von Güldenklee.

Sereniſſ. Electoris Brandenburgici Medico.

Fautori & Amico obſervando.

S. P. D.

GVVERNERUS ROLFINCIUS D.

Nobiliſſime, Excellentiſſime, Experientiſſime Vir,

Fautor & Amice Obſervande.

GRatæ fuere literæ veteris benevolentiæ indices. Honorificæ tuæ virtutis & fortunæ mentio acta nuper inter me & Generoſum Borckium à veſtra nobilitate non ultimum, juvenem literis egregiè operam navantem, dum me, conſilium medicum petiturus, humaniter compellaret.

Perennent hos auſpicatos fata proſperiora favores & usque halitum ad extremum Te comitentur.

Adjuncta ad Rhodium amicum veterem feliciter curabuntur & fideliter. Nictationem quæ ſecuta fuit immobilitas & elevandi impotentia in palpebrâ utrâque, digna eſt admiratione.

Sine dubio orta fuit à muſculi palpebram attollentis paralyſi ob affectum nervum, qui in eum inſeritur, ſubortâ.

Nu-

Nuper in caſu conniventis palpebræ ſuperioris dextræ, à præfecto in duello muſculo hoc elevatorio, tentavi quidē emplaſtris negotium expedire, ſed cum res non ſuccederet, æger tædio moleſtiæ afficeretur ſectionemque abnueret, ceu incurabilis relictus eſt. Cum vero in utraque palpebra hic labor hæreat, non miror ægrum auxilii indigum & cupidum nihil intentatum reliquiſſe. Suadeo igitur, ut in una palpebra fiat periculum palpebræ cruciſ in modum vulneratione quocunque modo & commode fieri poſſit & labia coaleſcant.

Arduæ quidem molitionis opus, etiam ab ipſo Aquapendente magni & difficultatis plenum æſtimatum, eo ipſo, dum inter obſoletas operationes refert.

Eventum conſiliorum ſcire aveo & nos omnes divinæ protectioni commendo.

Dat. Jenæ Ann. M. DC. LII. D. Maji XIII.

EPISTOLA VI.

De eadem materiâ.

Nobili & Excellentisſimo

DN. JOHANNI RHODIO

Philoſopho, Medico & Philologo conſummatiſſimo.

BALDASSAR TIMÆUS, von Güldenklee.

Salutem & cultum.

Nobilisſime & Excellentisſime Vir Fautor & Amice plurimum colende.

Filium meum Medicinæ ſtudiis mancipatum auſpiciis Excellentisſimi Riverii Monſpelienſium detinet Univerſitas. Hunc Antenoreæ veſtræ ulterius expoliendum committere, loci celebritate docentiumque dexteritate inductus, maxime verò tua, Vir Excellentisſime, fretus benevolentia, conſtitui; Etenim & mihi & Fratri olim hoc ipſo loco conteſtata fides, in eam ſpem me erigit, fore ut pari affectu & Filium complectaris. Unicum autem hoc rogo, ſicubi appulerit, quod brevi futurum ſpero, Clarisſimis Dominis Profeſſoribus eundem commendes, ſimulque de commoda ipſi hoſpitatione proſpicias, ubi citra profuſiores ſumptus & luxum vivere, ſtudiiſque ſine ſtrepitu & avocamentis vacare poſſit: Totus enim à tuo nutu & ductu ut dependeat, ſeverius injunxi, modo non moleſtum ſit Excell. Tuæ provinciam hanc in ſe recipere. Ego ſanè tanti beneficii memoriam devotā mente recolere nunquā intermittā, ipſo etiam facto gratitudinem meam conteſtaturus. Cæterùm ut multa & rara ſæpius in praxi medicā occurrunt, quorum non minus abſtruſa eſt cognitio, quam laborioſa curatio. Sic præter alios, qui me hactenus exercuere, caſus, mira

quædam & ferè non deſperata Magni cujusdam Viri fatigat affectio & calamitas, cujus faciem his annexa depingit pagina. Quæſo, mi Amice, tuum de rariſſimo hoc & nullibi, quantum memini, ſatis explicato caſu, judicium & conſilium aperias. Pertinax enim eſt hoc malum multorumq; hactenꝰ etiam exercitatiſſimorum Medicorum eluſit conatus, adeò ut de remedio ferè deſperem, niſi DEus medicinam fecerit, cujus tutelæ Excellent. Tuam devotè commendo. Dab. Colbergæ d. X. Martii ANNO M. DC. LIII.

CASUS.

VIr quidam nobilis quinquagenario paulò ſuperior, temperamenti calidi & humidi ante trienniũ & quod excurrit nullo præcedente morbo, nictatione quadam vel potius inſtabilitate palpebrarum ſenſim & initio quidem per intervalla tentari viſꝰ eſt, progreſſu temporis malum indies augeri & invaleſcere cœpit, tandemque in immobilitatem degenerare, ita ut nunc quidem palpebræ utriusque oculi aperiri abſque manus operâ non poſſint. Tumor in palpebris ut & dolor nullus, denſitas, aſperitas, ſcabrities, calloſitas, inflatio aut aliud vitium nullum; Supercilia item rectè & naturaliter conſtituta non minus ac ipſi oculi, quorum nulla eſt, nec fuit ægritudo, Reliqua etiam corporis conſtitutio ſatis firma & vegeta, nullis unquam morbis, præter febres quasdam intermittentes, tentata &c.

Nobiliſſ. Ampliſſimoque

VIRO

DN. BALDASSARI TIMÆO,

von Güldenklee.

Medico celeberrimo, primæ notæ Amico.

JOHANNES RHODIUS.

S. P. D.

FOrtunâ parum ſecundâ, qui cum varie jactatus, acceſſit filius eximii Parentis ſpe non indignus, Nihil prius duxi, quam omni ſtudio ipſius commodis proſpicerem. Quo factum, ut hac hyeme Anatomicis adfuerit ſedulus, cœterisque rei medicæ Profeſſoribus ac valetudinario Præfectis gnavam dederit operam, jamque intermiſſis Acroaſibus Floræ cultura temperat domeſticos labores, quos exigit collegii cenſura, qua tuo imprimis arbitratu paterno Lauream diligentiæ doctrinæque argumentum ſperare poterit. Nec dubito, quin exercitatioris ingenii vi, tuæ imprimis expectationi aliorumque judicio cumulatè ſatisfacturꝰ ſit. Quod verò in mediis occupationibus tuis me binis tam humaniter es dignatus, id comitati adſcribendum tuæ ac ſollicitudini de filio. Si meis

porrò

porrò monitis aurem præbuerit, intelligas faciam, quanti apud me ſit neceſſitudinis noſtræ monumentorum, cujus vel hunc fructum cupio, ut [illegible] meliorque redeat, forſan & iis inſtructior, quæ ad artis elegantiam faciunt.

Sed ne difficilem, quam memoras, palpebræ noxam omnino prætercam; deſperatam fere cenſeo, quum longâ temporis mora invaluerit omnibus jam ſine effectu tentatis. Quid in ea nunc ætate, inveterascente malo ſperandum, vides, niſi corroboratis viſceribus, atque imprimis cerebro & nervorum principio, pars laxata ingenio ma nusque dexteritate pittaciis opportune placidèque agglutinatis ſenſim elevari ac veluti habenulis retineri poſſet; quod ſine moleſtia vel noxa tentaſſe, operæ erit. Verum hæc Tibi, quæ ſtudioſi9 expendas, aveo, ut fert occaſio & res, de qua certi quicquam in hac locorum intercapedine conſtituere valdè arduum noſti. Vale Vir optime, ac vive.

Clariſſimo Fratri tuo ſalutem adſcribo. Patavii XX. Maji Anno cIɔ Iɔc LIII.

EPISTOLA VII.

De Paralyſi ſiniſtri lateris.

Excellentiſſimo & Ampliſſimo

DN. BALDASSARI TIMÆO von Güſdenklee.

L. C. A. S.

S. P. D.

Excellentiſſime atque Ampliſſime Domine, Amice multis nominibus honorande. Intellexiſti opinor, ex literis Sodalis mei atq; communis amici noſtri Johannis Friderici Kleiſtii, quomodo ſiniſtro & brachio & pede per hemiplexiam aliquam ante has ſeptimanas tres captus fuerit.

Cæterum quoniam tabellarius ipſius domi tuæ te non offendit, rogavit cum Drenoviam irem, ut reſponſum, hoc eſt, conſilium atq; opem tuam abs te peterem. Majorem igitur in modum oro atq; per amicitiam communem contendo, ne optimo Viro negare illa velis, quæ omnibus bonis, quâ es humanitate, ultro impertire conſveviſti. Narrabat abiturienti quod pedem inde usque à genu in poteſtate non haberet, brachium autem ad caput quidem attollere, commodè autem demittere, aut in ſinum, niſi alterâ adhibitâ manu reponere non poſſet. Sed neque caput neque cor rectè ſe habere intelligebam, cum illic vertigines, hic anguſtiæ atque angores deprehenderentur. Uſus eſt hactenus Cheirurgi cujusdam opera, qui balnea ſæpe repetit, &

calefacientia adhibet unguenta. An rectè atque ordine fiant iſta, nemo eſt apud nos, qui dixerit. Ex tuo autem præſcripto omnia agentur deinceps, quo ut dignari ægrotum velis, iterum peto. Si quid medicamentorum ad illum curatum velis, huic homini, quæſo, jube, tradantur. Vale Vir clariſſ. diu & ex voto, ut optimus quisque bene valeat.

Generoſo & Nobiliſſimo
DN. L. C. A. S.
BALDASSAR TIMÆUS,
von Güldenklee.
S. P. D.

COmmunem amicum noſtrum Nobiliſſ. Dnum. Fridericum Kleiſt paralyſi nuperrimè correptum ſiniſtri lateris ſenſu & motu ferè deſtitui non ſine condolentis animi affectu intellexi, Deum precatus Virum optimum bonæ valetudini clementer reſtituat! Ego verò quantum in artis poteſtate eſt, fideliter exequi non intermittam, quanquam perfecta ſanitas, quod in aurem dictum volo, in ſenili hac ætate & corpore tot cutullis & diætæ erroribus fracto cerebroque & nervoſo genere debilitatis vix ſperanda. Conſignavi quædam contra hunc morbum facientia pharmaca & transmiſiſſem hac ipſa occaſione, niſi exquiſita eorundem præparatio diligentiam & tempus requirerent, nec commodum duxi tabellionem eousque heîc detinere cum craſtino mane facile alius ablegari poſſit, qui ſitulâ vel cophino inſtructus eadem transportet, quibus & utendi modum, aliaque ad victus rationem pertinentia ſcripto vernaculo, ne quis error forte committatur, adjungam. Interea Magnificum Virum optime valere precor. Scribo Colbergæ d. 2. Febr. A. M.DC.LII.

Information
Vom Gebrauch der verordneten Medicamenten.

I.

ERſtlich kan der Herr Jägermeiſter das laxirende Träncklein des Morgens nüchtern auff einmal austrincken / vier Stunden darauff faſten / ſich des Schlaffs / bis Nachmittag / enthalten und keine harte oder ſaure und fette Speiſen gemeſſen. Es muß aber dieſes Träncklein zuvor wohl umbgeruhret und warm gemachet werden.

II.

Die folgende Tage kan Er alle Morgen von dem verordneten Decoct ein kleines Becherlein voll / fein warm austrincken / und etwa zwo Stunden darauff faſten / auch alle mahl von den Roſmarien⸗Küchlein drey oder vier auff eſſen / ſo offt er dieſes decoct gebrauchet hat / welches alle Tage geſchehen muß / ſo lange bis es aus iſt.

III. Wann

III.

Wann der Herr Jägermeiſter das decoct alſo des Morgends gebrauchet hat / wird er allezeit nach Mittag umb vier Uhr von der ſtärckenden Haupt- und Sehnen-Lattwerge jedesmahl drey groſſe Meſſerſpitzen voll einnehmen / des Abends aber umb acht oder neun Uhr kan er von dem ſtärckenden Häuptwäſſerlein allezeit zween Löffel voll gebrauchen und nichts anders darauf trincken.

IV.

Nachdem das decoct gäntzlich wird verbrauchet ſeyn / alſo daß nichts mehr davon übrig / kan der Herr Jägermeiſter die verordneten Pillen des Morgends nüchtern in ein wenig Meth einnehmen / vier Stunden darauff faſten / ſich des Schlaffs bis nach Mittag enthalten / und der Würckung gebührlich abwarten.

V.

Iſt denn vor der Lattwerge noch etwas übrig / kan man hernach alle Morgen / wie auch Nachmittage jedesmahl drey groſſe Meſſerſpitzen voll davon auffeſſen / auch des Abends / wenn man will einſchlaffen / von dem Häuptwäſſerlein ein paar Löffel voll gebrauchen.

VI.

Von dem Wäſſerlein in die Naſe zu ziehen ſoll man ein wenig in die flache Hand gieſſen und des Morgends nüchtern in die Naſenlöcher ziehen / und etwas darinnen behalten / bis ſich ein Nieſen ſpüren läſſet. Es muß aber dieſes Wäſſerlein allezeit wol umbgerühret werden. Auch ſoll man es nicht eher gebrauchen / bis vorher der Leib gnugſam gereiniget iſt.

VII.

Euſſerlich ſoll man die gelähmeten Glieder mit warmen Tüchern wol reiben und denn mit dem verordneten Oel / ſo warm es der Patient erleiden kan / ſchmieren und mit der Hand wol und gar lange einreiben; Auch ſoll man mit dieſem Oel hinten den Nacken und den Rückgrad ſalben.

VIII.

Hierbey wird ſich der Herr Jägermeiſter einer guten geſunden diæt befleißigen / alles meyden / was hart und ſchwer zu verdauen / was viel Schleim giebet / als mehrentheils Fiſche / was ſüchtig iſt / als Gänſe / Aenten / Schweinfleiſch / was dem Häupt ſchädlich / als Milch und Milchſpeiſen. Die Speiſen ſollen wol gewürtzet werden mit Ingber / Caneel / Pfeffer / Muſcatenblumen / Gartenkümmel / Anieß / Fenchel und dergleichen. Zum ordinar Tranck kan man ein gutes klares Bier und etwas Methe / welche in dieſem affect gleichſam eine Artzney iſt / gebrauchen. Der allgütige Gott &c.

Colberg / den 3. Februar. A. 1652.

De-

Deſcriptio medicamento-
rum.

℞. *decoct. noſtr. laxat* ℥ijß.
Pulv. nr. panchymag. gr. vij.
ol. ſtillatit. macer. gtt. ij.
M.
S. Laxirendes Tränckleín.

* * *

℞. *Mellis puriſſ.* ℥v.
Aq. commun. ℔ iii.
Decoqu. lento igne & deſpumentur diligentiſſ.
In Colaturâ ferventiſſ. infund.
Flor. ſalv. origan. ana Mß.
ſtachad. Arab.
primul. veris.
puleg. betonic.
ſerpilli ana p. j.
Rad. pæon.
Ireos ana ℥ß.
Sem. aniſi
fænicul.
Coriandr. ana ʒi.
Maceris, Cinamom.
Cardam ana ℈iiij.
Cubeb. ʒiij.
Stent in infuſione loco calido per noctem mane bulliant ſemel atque iterum. Colatura clarificetur c. alb. ovi
D. in fictili.
S. Decoct. auff etliche mahl.

* * *

℞. *Elect. noſtr. cephal.* ℥iiij.
Conſ. roriſmarin.
primul. veris ana ℥ij.
Cubeb. ʒvi.
Cardamom. ʒij.
Ol. ſtillat. ſalv. gtt. xv.
Condit. calam. aromat. ℥iß.
M. c. ſyrup. d. ſtachad q. s.
F. Electuarium.
D. in fictili.
S.
Stärckende Häupt- und Sehnen-Latwerge.

* * *

℞. *Maſſa. pil. nr. cephal.* ℈j.
Extr. nr. ſolut. gr. IX.
ol. ſtillat. nuc. moſch. gt. iij.
M. c. aq. lavendulæ.
F. pilulæ No. IX.
Deaurentur fortiter.
Dentur in pixide ligneâ
S. Pillen auff einmal.

℞. *Aq. cephal. Caroli V. Imp.* ℥iij.
lilii convall. c. vino Deſtillat. ℥ij.
primul. Veris
Salv. exſucco ana ℥iß.
Spir. ceraſ. nigr. ℥ij.
Rotul. man. Chriſti perlat ʒij.
M. D. in vitro.
S. Häupt-Wäſſerlein.

* * *

℞. *Aqu. majoran.* ℥i.
Pulv. lil. convall. ℈iß.
betonic. ℈ß.
M. D. in fictili.
S Wäſſerlein in die Naſe zu ziehen.

* * *

℞. *Ol. lumbric. compoſ.* ℥iij.
vulpin.

A. Ca-

℞. caſtor.
Philoſoph. ana ℥i.
Succini ʒi.
Sa[illegible] ℈iß.
Nuc. Moſcat. expreſſ. ʒiij.
M. D in fictili.
S. Oel zu den gelähmten Gliedern.

EPISTOLA VIII.

De eodem affectu.

Reverendo & Doctiſſimo
DN. JACOBO STAPHYLO,
Eccleſiæ Zarbenſis Paſtori emerito.
BALDASSAR TIMÆUS,
von Guldenklee.
S. P. D.

Affectus quo cum colluctaris, Reverende Vir, Paralyſis eſt, ſeu abolitio motus in ſiniſtro latere. Proxima & conjuncta ejus cauſa eſt ſpirituum animalium in nervis ejusdem lateris defectus. Is verò defectus e nervorum obſtructione dependet; Obſtructio ab humore pituitoſo viſcido cavitates nervorum replente influxumque ſpirituum animalium intercipiente. Humoris autem pituitoſi cauſæ fuerunt errores in victu, cibi craſſi, frigidi, coctu difficiles, potus largior, ſtudia & lucubrationes nimiæ, ventriculi conſtitutio frigida. His & ſimilibus de cauſis pituita in corpore collecta & ex parte una cum ſanguine pro alimento ad cerebrū delata; tandem ſuperabundans in ipſam nervorum ſubſtantiam ſeſe inſinuavit ac cavitates eorum replendo, ſpiritibus animalibus transitum præcluſit, unde motus in affectâ parte abolitio. Vitium autem ipſum in ſiniſtrâ ſpinalis medullæ parte & quidem circa ejus initium hæret; Siquidem omnibus capitis partibus ſalvis ſub capite tantùm latꝰ ſiniſtrum afficitur. Malum hoc quidem per ſe periculoſum diuturnum & curatu difficile eſt: Bene tamen ſperare jubet reliqui corporis vigor etiam in ſenili hac ætate non invalidus, ſenſuum internorum omnium integritas, tactus in affectâ parte ſenſus incorruptus, tempus vernum curationi aptiſſimum, & ſpontanea, quam promittis, ad uſum medicamentorum pronitas.

Curationem itaque auſpicabimur ab humoris pituitoſi eliminatione. Hinc cerebrum nervoſumq; genus, roborabimus, tandemque parti affectæ ſuccurremus.

Quod ut commode fiat, ſordes primis latebris adhæreſcentes leni pharmaco evacuandæ, ne humores crudi præparantium, quæ hic admodum ſunt neceſſaria uſu, ad intimiora corporis nervosque deriventur:

℞. *Decoct. noſtri laxativ.* ℥iiß.
Agaric. trochiſcat. gr. XV.
Spirit. meliſſ. gt. XXI.
M. F. hauſtus ſub auroram actu calidè

lidè aſſumendus cum jejunio trium horarum & cuſtodiâ.

Hinc præparationi incumbendum, idque per attenuantia, incidentia & nervis amica;

℞. *Aqu. ivæ arthetica* ℥iij.
primul. veris ℥ij.
betonic.
Hyſſopi
lil. convall. ana ℥iij.
Syr. de betonic.
de ſtachad. Arab. ana ℥ij.
Oxymel. ſquillit. ℥iß.

Mixta colentur, exhibeanturque ſigulis matutinis unciæ tres vel quatuor; veſperi autem delibetur aqua ligni ſaſſafras cum hydromelle Lithvanico deſtillata.

Materia ſufficienter præparata, ejiciatur infuſo noſtro phlegmagogo, de quo cyathus trium quatuorve unciarum quovis mane aſſumatur; Si mitius egerit, repetatur duabus circiter ante cænam frugalem horis, continueturque per dies tres vel plures, pro virium tolerantia.

Subducta materiâ, refectioni aliquid dandum naturæq; indulgenda quies, ne continuo medicamentorum uſu defatigata ſuccumbat.

Hinc denuo alvus leni pharmaco ducenda, præparantiumq; uſus repetendus, ſuccedente Medicina, quæ elective purget, qualis eſt hæc:

℞. *Maſſ. pilul. noſtr.*
cephalic. ℈i.
Extract. noſtr. ſolut.
℈ß
Ol. ſtillat. nuc. moſchat.
gr. ij.
M. c. aq. Ivæ arthetic.
F. pilulæ No. XI.
deaurent fortiter.

Dum hæc fiunt, ſubinde aliquid aſſumendum, quod cerebrum nervoſasque partes roboret, frigidos humores in nervis excalefaciat, abſumatque, & ſpiritum ac calorem ad eos alliciat, cujusmodi ſunt rotulæ de ſuccino;

℞. *Succin. alb. præpar.*
ʒij.
Ireos florent. ℈iiij.
Ambræ gr. vij.
Sacch. albiſſ. in aq.
apoplect. ſolut.
℥iiij.
aſpergantur ol. ſuccin. alb.
optim. rectificat. gr. XV.

Ne autem uni medicamento adſueſcat natura, interdum Eſſentiæ roriſmarini, lavendulæ, vel Tincturæ ☾ guttulæ aliquot cum vehiculo conveniente exhibendæ, ſæpius autem Electuarii ſequentis quantum libuerit, delibandum;

℞. *Electuar. noſtr. Cephalic.*
℥iiij.
Mithridat. opt. ℥ß.
ſpec. diambr. complet
diamoſch. dulc.
ana ʒi.
Cubeb. ℈iiij.

Con.

Condit. nuc. Indic. ℥i.
Myrobald. chebul.
ʒvj.
Medull. nuc. indic.
condit. ʒiij.
Foli ℈iiij.
Eſſent. rorum. ℥ij.
Syrup. nr. Nervin. q. s.
M. F. Electuarium,

Quod ſi his omnibus methodicè diligenterque adhibitis non ceſſerit contumax malum, tandem ad celebre illud lignorum decoctum, quo pituitoſus viſcidusque humor egregie inciditur, attenuatur, & reſolvitur, deveniendum.

℞. *Lign. Guajac. raſ.* ℥iij.
Cortic. ejusdem ℥i.
Saſſafras ʒvi.
Rad. Enulæ
pæoniæ
Ireos ana ℥ß.
Incisis & conquaſſatis
affund. aq. fontan. ℔v.
ſtent infuſa loco calido per Horas 24. poſtea coquantur in diplomate ad remanentiam lib. iijß. in fine coctionis add.
Flor. Salviæ
primul. veris
roriſmarin.
lavendul.
Stœchad. Arabic.
ana pj.

Ebulliant ſemel atque iterum, poſtea auferantur ab igne & colentur.

Hujus decocti aſſumantur Unciæ quinque, ſudorque in Laconico, ſuſcitato vapore ex decocto herbarum convenientium ſcoriis vel lapidibus ignitis inſperſo, provocetur: Ubi per Semihoram, vel ſi vires ferant, paullò diutius ſudatum fuerit, in lecto quieſcendum, ſudoresque qui plerumque denuo erumpunt, probè abſtergendi: Hinc prandio ſalubri reficiendæ vires. Nec ſatis eſt ſemel ita ſudaſſe, ſed ſæpius & ſingulis vel alternis diebus, prout vires ferunt, hoc repetendum, ita tamen, ut alvus quotidie reſpondeat, ne evacuatis humoribus tenuibus, craſſiores in corpore relinquantur, in quo ſi ſegnior fuerit natura, arte excitanda, clyſteresque convenientes applicandi vel purgantium aliquid exhibendum.

Partem affectam denique quod attinet, præmiſſis Univerſalibus ſupra deſcriptis non tantum latus ſiniſtrum, ſed & ſpina inungatur tali linimento:

℞. *Ol. vulpin.*
laurin.
philoſoph.
lumbr. terreſtr ana ℥j.
Ol. ſtillat. ſuccin. ʒj.
ſalviæ
lavendul. ana ℈j.
Ceræ q. s. M. F. Unguentum.

Subſtitui interdum poteſt unguentum Nervinũ Auguſtanorum,

 pro

prout à Zvvelfero correctum eſt.

Commodiſſimè autem inunctiones inſtituuntur poſt balneum & ſudores, vel etiam poſt frictiones leves, pannis calidis factas, abſterſis ſemper ante novam inunctionẽ, de priori reliquis, ſordibus.

Si hæc non profecerint, membris reſolutis quotidiè affricetur mixtura noſtra antiparalyptica, quam in multis efficaciſſimam deprehendi:

℞. *Aq. Salomon.* ℥vi.
apopl. Heroic. ℥iij.
Balſam. de Peru ʒvi. M.

Dum hæc fiunt, conveniens quoque victus obſervetur, cibus nimirum eſto calefaciens & attenuans, ſucci viſcidi & excrementitii expers, carnes aſſæ magis quam elixæ, panis condiatur ſemine carui, fœniculi, aniſi, melanthii. Condimenti loco uſurpetur ſinapi, cappares, ſal Cinamomi. Piſces niſi ſaxatiles & aromatibus probè conditi, vitentur. A lacte & lacticiniis ut & ab omnibus cibis frigidis & humidis, flatulentis, avibus aquatilibus, carnibus agninis & ſuillis planè abſtinendum. Potus ſit cereviſia defœcata vel hydromel aut vinum antiquum, quod tamen parca miniſtret manus. Imprimis verò caveatur nimia cibi & potꝰ ingeſtio, cum nihil in hoc affectu periculoſius ſit quam nimia repletio. Aër ſit calidus, ſiccus & purus, ſi non naturâ, arte ita paratus; Somnus diurnus fugiendus, nocturnus ſeptem horas non excedat. Alvus ſemper ſit libera, ſi non ſponte clyſteris aut glandis beneficio.

EPISTOLA IX.

De mira quadam Epilepſiâ.

Wol-Edler / Veſter und Hochgelahrter / inſonders hochgeehrter Herr Doctor, wohlwehrter lieber Freund / bey meiner Anheimkunfft finde ich das Elend an meinem jüngſten wolgerathenen Sohne ſo groß / daß nicht auszuſprechen und mir vorhin / wie ich zu Colberg geweſen / nicht geſchrieben iſt / faſt unerträglich: vier Wochen iſt es gut geweſen / nun aber kommt der Paroxyſmus epilepticus mahl über mahl / und vermeynen Herr Doctor Klug / Herr Doctor Wulff / Herr Licentiat Wulff und Herr Doctor Klugen Sohn / welche ich zugleich bey ihm funden / daß alles übernatürlich ſey / zumahlen der Knabe / wann ſie ſchon bey ihm ſtehen / ihnen unwiſſend aus dem Bette kommt; Wann es vorbey / ſo iſt er wieder ſo ſchön und vernünfftig / als wann er nimmer kranck geweſen; Sie vermeynen ich ſoll es Leuten verweiſen laſſen. Gott iſts bekant / dem vertraue ich / und glaube / daß ohn ſein Zulaſſen mir und den Meinigen kein Haar vom Häupt fallen kan / der wolle ſich meiner erbarmen / und die Laſt nicht

ſchwe-

ſchwerer machen / daß Sie meine menſchliche Schwachheit ertragen kan. Das Kind iſt ſehr verſtopffet und kan mit keinen Purgationen gewunnen werden. Wann ſie ihm Clyſtier ſetzen ſo kommet etwas/ GOtt gebe guten Raht und ſey der beſte Helffer / weil die anweſende Herren Medici nicht mehr Rath wiſſen. Der Herr Doctor ſchreibe mir doch ſeine Gedancken; Empfehle uns in deſſen Schutz und verbleibe

Meines hochgeehrten Hrn. Doctoris und werthen lieben Freundes

Dienſtwilliger Freund und

Peeſt 12. Diener

April 1655. D.J. von Crockow.

Idem ad eundem.

WOhl-Edler ꝛc. Bey Anwündſchung eines frölichen Oſterfeſtes zweiffel ich nicht / es werde der Herr Doctor mein Schreiben / ſo ich an den Herrn Præſidenten ſeines eingeſchloſſen / wol empfangen haben; Ihn hat der Præceptor den elenden Zuſtand meines jungſten Sohns / eines von GOTT wolgeziereten und wolgerahtenen Kindes / daran ich viel Freude ſeiner Geſchickligkeit halber erlebet / Gott ſey es geklaget/ [illegible] bey und lieget hierinn. Ich habe es nicht geſehen/ die Mutter hat mirs auch nicht auffbrechen laſſen wollen. Die H.H. D.D. ſind wieder von einander / vermeynen es komme von böſen Leuten / Gott dem alles bekandt / weiß es am beſten / ohne deſſen Willen kein Haar von unſerm Haupt fallen / der ändere es um ſeines hertzlieben Sohns hochtheuren Verdienſts willen. Bitte der Herr Doctor eröffne nach dem guten Vertrauen zu ihm ſeinen vornehmen Rath. Im übrigen befehle ich uns / in Erwartung ſeiner vernünfftigen Antwort Gottes Schutz und verbleibe

M.hochg. Herrn

Peeſt/12. Dienſtw.

April.1655. D. J. von Crockaw.

Eidem.

WOhl-Edler ꝛc. Nechſt dienſtfreundlicher Salutation geſchiehet dieſes auff Begehren der Fr. Landvögtin / zu mehrem Bericht von dem Zuſtand des Adelichen Knabens an Ihre Excellentz / weil dem Herrn Landvogt umbſtändlich nicht alles wird fürgebracht / aus erheblichen Urſachen / mit höchſtfleiſſiger Bitte / dieſes was hiemit Ihrer Excellentz wird notificiret / in des Herrn Landvoigts Schreiben nicht zugedencken / ſondern eine neben Miſſiv an die Frau Landvoigtin zu dirigiren und ſein rathliches Gutachten darüber ertheilen.

Der Zuſtand und Beſchaffenheit des paroxyſmi epileptici iſt dieſer / daß wann er damit beleget wird / erſtlich in die höhe laufft / mit den Handen angreifft / woran er kommen kan /

und den Leib nachziehet als wann es vorſichtig und mit Verſtand geſchehe / in dem er von dem Bette bis an die Balcken klettert und ſolches nicht thun könte / wann er geſund und guten Verſtandes wäre ; Wann man ihm aber das Klettern nicht permittiren wil / ſo iſt er quaſi rigidus, in dem man ihn angreifft und niederlegen wil. So bald man ihn aber niedergeleget hat / ziehet er die Knie nahe an den Mund mit Creutzweiß Uberlegung der Beine / Einknüpffung der Daumen und Einklemmung der Zungen zwiſchen den Zähnen. Nach Eröffnung des Mundes / auffbrechung der Daumen und Nieſſung des aq. antepilept. verſinnet er ſich alſo fort / redet und lachet als wann ihm nichts gemangelt hätte / nur daß er zuweilen über das Häupt klaget daß es ihm wüſte und ſchweer ſey ; Ehe aber er damit beleget wird / wiewohl er iederzeit darnach gefraget wird / vermercket er nichts und komt ihm dieſes ſo geſchwinde an / als wann es ihm angewehet wurde. Sonſten hierbey auch dieſes zu entdecken / daß unterweilen ihme vor dem paroxyſmo, (ſo des Tages zu vielen malen / wol 17. 18. mahl auch vor etlichen Wochen zu etlich zwantzig mahlen ankommet) die Sprache entgehet / doch illæſa ratiocinatione , in dem wann er wornach gefraget wird / annuendo & abnuendo verſtändlich anzeiget / und geſchiehet interceptio loquelæ zuweilen non ſubſequente paroxyſmo epileptico , bißweilen auch wohl / ſo bald ihm etwas in den Mund gegoſſen wird oder die Zunge beſtrichen / findet ſie ſich alſo fort wieder.

Noch dieſes zu gedencken / daß er mit der Obſtruction alvi beleget / Zeit wehrender Kranckheit / dawieder vielfältig adhibiret iſt / welches zuweilen gut gethan / zuweilen auch ohne Frucht abgangen. Sonſten ſich dieſes vor vierzehen Tagen eräuget / daß alle mahl bey applicirung eines enematis (maſſen ſonſt etliche purganzen , die ſonſt ſtarck geweſen / ſtehen blieben) Der Patient ſprachlos wird / ſo lange bis er das enema von ſich gegeben illæſa etiam ratiocinatione.

Iſt derowegen hierauff der Frau Landvoigtin ihr Ehrendienſtfreundliches Erſuchen und Bitten / ſein hochreiffliches Nachdencken / hierüber ſchrifftlich zu communiciren , ob ſolches alles naturaliter bey der epilepſi zugehen und ſich begeben könte / dawieder es viel halten.

Solches umb den Herrn Doctor zu verſchulden / iſt die Frau Landvoigtin Erbietens nechſt Empfehlung Göttlicher Obacht und Wündſchung eines frölichen gesunden Oſterfeſtes.

Dieſes habe ich auff Begehren der Frau Landvögtin an ihre Excellentz ſchreiben müſſen. Recommendire

dire mich dero hohen Gunſt und verbleibe

Ihr Excellentz
Dienſtergebener
Jacob Bluerwürtz.

P. S. Ihre Excellentz wolle nicht in Vergeſſen ſtellen eine Antwort hierauf bey nechſter Poſt / wann dieſelbe dem Herrn Landvoigt wird geſchrieben / zuſchicken; Es wird ſchon ohne Bewuſt des Herrn Landvoigts der Frau Landvoigtin zu Handen kommen / Raptim Peeſt / 12. April. Anno 1655.

Hoch-Edelgebohrne / Ehrenreiche und Viel-Tugendſame

Inſonders Hochgeehrte Frau Landvoigtin derſelben ſind meine Ehrenpfliſſene Dienſte ſtets bevor / und habe aus überſchicktem Schreiben nicht ſonder Mitleiden und beſtürtztem Gemüth vernommen / was Geſtalt ihres hertzlieben Söhnleins Schwachheit und Gebrechen annoch ſehr heftig anhalten thut / und gar keine Artzeneymittel / wie fleißig und vorſichtig auch dieſelben gebrauchet / etwas verfangen wollen / dannenhero ſie faſt in die Gedancken gerathen / daß es etwa von böſen Leuten herrühre / inſonderheit weil ſich ſo ungewohnliche und ſeltzame Zufälle dabey befinden.

Nun iſt zwar auſſer Zweiffel / daß durch Zulaſſung GOttes von Zauberey viel Kranckheiten und Schaden entſtehen können / wie ſolches die tägliche Erfahrung leider mehr / als zu viel bezeuget: Ob aber dieſe ihres hertzlieben Söhnleins Kranckheit aus dergleichen Urſachen herrühre / kan man eigentlich nicht wiſſen / zumalen man viel Exempel hat / daß eben dieſes Gebrechen bey vielen ſo wohl alten als jungen / lange Zeit hefftig und mit mancherley Zufällen / darein man ſich faſt nicht hat ſchicken konnen angehalten / bißweilen auch gar nicht zu curiren geweſen / und dennoch aus natürlichen Urſachen entſtanden / wie ich dergleichen vor etlichen Jahren an des Herrn Obriſten Roſen Gemahlin und andern mehr wahrgenommen; Dennoch machet mir dieſes ein groß Nachdencken / daß der Patient denen jenigen ſo umb und bey ihm ſtehen / ohnwiſſend aus dem Bette kommet / auch bißweilen aus dem Bette bis an die Balcken klettert / welches natürlicher Weiſe nicht wohl geſchehen kan; Dann ob zwar die Nachtſteiger ſolches zu thun pflegen / hat es doch mit denſelben eine viel andere Beſchaffenheit / geſchiehet auch nicht im Wachen / ſondern im Schlaff und gleichſam im Traum. Was aber hiebey zu thun / davon habe ich meine Meynung des Herrn Landvogts Hoch-Edl. Geſtr. mit wenigem eröffnet. Das beſte Mittel iſt ein ernſtes und andächtiges Gebet zu GOtt in wahrem Glauben an ſeinen

nen Sohn JEſum Chriſtum / welcher allein mächtig dem Teuffel und ſeinen Werckzeugen zu widerſtehen und allen Kranckheiten / da es ſeinem Göttlichen Willen alſo gefällig / abzuhelffen. Derſelbige Allmächtige GOtt wolle auch bey dieſem ihrem hertzlieben Söhnlein ſeine húlffreiche Gnade erblicken laſſen / ſelbiges aus dieſer groſſen Noht und Angſt erretten / erfreuliche Beſſerung und gute beſtändige Geſundheit verleyhen / und den lieben Eltern zu Troſt und Freuden noch lange Zeit beym Leben friſten und erhalten; Deſſen gnädigen Obacht meine hochgeehrte Frau Landvöigtin ſampt den lieben ihrigen ich hiemit treulich empfehlen thue / verbleibende

Meiner hochgeehrten
Frau Landvöigtin
Ehrengefliſſener
BALDASSAR TIMÆUS
von Güldenklee.

Der Hoch-Edelgebornen / Viel-Ehrenreichen und Hoch-Tugendſamen Frauen / Frauen Barbara geborner Belowen / des Hoch-Edelgebornen Diering Jacob von Crockow &c. Hertzgeliebten Ehe-Gemahlin / meiner inſonders hochgeehrten Frauen.

Hoch-Edelgeborner / Geſtrenger / Mannveſter und hochbenahmter

INſonders Hochgeehrter Herr Landvogt / demſelben zu dienen bleibe ich ſtets bereit / und habe mit wahrer Hertzens-Condolentz vernommen was E. Hoch-Edl. Geſtr. wegen ihres hertzlieben / von GOTT mit ſo ſchönen Gaben gezierten ſehr wolgerathenen Söhnleins / annoch ſtarck continuirenden Schwachheit und Gebrechens an mich gelangen laſſen / und betrübet mich nicht wenig / daß nach ſo treu angewandtem Fleiß derer anweſenden Herren Medicorum und Brauch vieler köſtlichē Medicamenten bishero keine Beſſerung erfolget; Sintemal dieſes malum nicht hæreditarium und weder die Eltern noch Groß-Eltern mit dergleichen Gebrechen behafftet geweſen / auch die Conſtitutio Corporis nicht melancholica oder ſonſt ad epilepſiam diſpoſita, dannenhero ich faſt mit denen anweſenden Herren Medicis in die Gedancken gerahte / daß etwas ubernatürliches hierbey verhanden / inſonderheit weil ſich ſo ungewohnliche und ſeltzame Symptomata dabey befinden. Solet enim non raro Dæmon malus epilepticis affectibus ſe immiſcere. Senn. lib. 1. Med. pract. part. 2. cap. 31. Und hat man deſſen leider mehr als zu viel Exempel / ſo weit es GOtt zuläſſet und verhänget. Die alten Græci haben dieſe Kranckheit genennet ἱερὸν νόσημα, ſive ſacrum morbum, quod crederetur divinitus immitti, & à Dæmone aliquo, qui hominem tam

repente

repente & ſubitò corriperet, provenire, quemque ideo incantationibus curare conati ſunt, ut ex libro Hippocratis de ſacro morbo videre eſt.

Weiſs man aber gleichwohl in præſenti caſu desfalls noch zur Zeit keine Gewißheit haben kan / iſt am ſicherſten / daß man neben inbrünſtigen andächtigen Gebet zu GOTT ferner mit Gebrauch dienlicher Artzney Mitteln anhalte; Den Leib reinige und ſtets offen halte / das Hertz und inſonderheit das Häupt und Gehirn ſtarcke / bewahre und gute bewehrte antepileptica fleißig gebrauche / Geſtalt die anweſende Herren Medici, wie bishero geſchehen / alſo auch hinfuhro desfalls gute Ordnung zu machen ſich werden angelegen ſeyn laſſen. Meines Orts weiß ich hierbey nichts zu erinnern / ohn allein:

1. Weil der Leib ſtets verſchloſſen / ſehr verhärtet und übel zu gewinnen / daß man zum öfftern des Morgens nüchtern ſüß Mandelohl in ein wenig warm Bier gebrauche. Hoc enim affatim bibitum non tantum alvum emollit & humectat, ſed & ſingulare convulſionum eſt remedium. Plater. tom. 1. prax. c. 2. p. 76. Es ſol aber das Oel friſch ausgepreſt und nicht alt ſeyn.

Doch muſſen hierbey dienliche purgantia & quidem in forma liquida potius, quam ſolida bisweilen gebrauchet werden / quibus materia jam genita evacuetur, & materia, à qua generari poſſit, ſubtrahatur. Facilius enim ab humore vitioſo, quàm ex ſucco probo partis alicujus mala conſtitutio malignam talem materiam epilepſiæ generandæ aptam producit, & natura à pharmaco purgante excitata, quicquid vitioſum in corpore eſt, facilius ad inteſtina conſuetamq; evacuationis viam, quam ad partes nobiles, puta caput & cerebrum mittit.

2. Daß man ad revulſionem materiæ caput petentis die Ader auff der groſſen Zehe / da es nicht ſchon geſchehen / öffnen laſſe. Hæc enim inciſa ut in omnibus capitis affectib9, ſic maximè in epilepſia prodeſt, unde etiam cephalica dicitur.

Plater. tom. 2. prax. 3. c. 3. Sennert. l. 1. Med. pract. part. 2. c. 31. Peucerus cap. 3. de epilepſiæ curationem. p. 240.

3. Daß man bißweilen des Morgens nüchtern ſternutationes movire, und könte man hierzu das überſchickte Pülverlein gebrauchen und deſſen etwa einer Erbiß groß in die Naſen ziehen / Si ad uſum ſternutatorii æger ſternutet, ſignum bonum eſt. Sennert. lib. 1. M. Pr. part. 2. cap. 31.

4. Daß man ferner gute bewehrte antepileptica gebrauche. Hierzu überſende ich Tincturam Lunæ &

ſpirit. cornu alcis, weil ſie vielleicht ihres Orts nicht möchten zu bekommen ſeyn. Damit kan man alſo verfahren: Nehmen einen oder zweene Löffel voll gutes Schwalbenwaſſer/ oder aq epilepticæ Langii thut etwa 25. Tröpfflein Kreutzrauten Safft/ welcher aus der grünen Kreutzrauten friſch ausgepreſſet iſt/ darzu/ und 13. Tröpfflein von der tinctura Lunæ, gebet es dem Patienten des Morgens nüchtern ein/ auch ſonſten zu anderer Zeit/ wann man ſich des paroxyſmi beſorget.

Bisweilen kan man ſtatt der tinctur den ſpiritum ungulæ alcis gebrauchen/ und wechſelsweiſe eines umbs ander eingeben.

5. Solte über Verhoffen dieſes alles nichts verfangen/ könte man aërem & locum mutiren, und den Patienten an einen andern geſunden und luſtigen Ort bringen/ welches in dergleichen affectu offters ſehr gut befunden. Epilepſia namque laborantes juniores cum ætatis & aëris mutatio, tum & loci & victus liberat, Hipp.2.Aph.45.

Dieſes auf Sr. Hoch-Edl.Geſtr. Begehren/ habe ich wolmeinend und ohn einige Maasgebung/ auch den anweſenden Herren Medicis unvorgreifflich erinnern wollen/ von Hertzen wündſchende/ daß der allgütige barmhertzige GOtt ſeine hülffreiche Hand in Gnaden anſchlagen/ erfreuliche reſtitution und gute beſtändige Geſundheit verleihen und dieſes ihr hertzliebes Söhnlein zu langen Zeiten beym Leben friſten und erhalten wolle/ deſſen allwaltenden Beſchirmung E. Hoch-Edl Geſtr. ſamt deroſelben Hoch-Adelichen Hauſe/ ich hiermit treulichſt empſehlen thue/ verbleibende

E. Hoch-Edl. Geſtr.

Dienſtergebener

B. Timæus von Güldenklee.

Dem Hoch-Edelgebornen/ Geſtrengen/ Veſten und Hochbenahmten Herrn/ Hrn. Düring Jacob von Crockow/ Churfürſtl. Brandenburgiſchen Erbſchencken und wolbeſtallten Landvoigt zu Stolbe/ auff Peeſt/ Rohſchutz und Günterhagen &c. Erbherrn. Meinen inſonders Hochgeehrten Herrn.

EPISTOLA X.

De epilepſia ex retentione Lochiorum.

DN. BALDASSARI TIMÆO, von Güldenklee.

Fratri dilecto

CHRISTIANUS TIMÆUS von Güldenklee.

S. D.

ABſentiam meam, Frater unice, tantum non nefariam pronunciarunt mulierculæ noſtræ, quod

quod in eâ paroxyſmum graviſſimum quatuor horas ſine remiſſione durantem paſſa eſt puerpera, nempe ab octavâ matutinâ ad duodecimam meridianam. Ego circa tertiam veſpertinam domum reverſus triſtibus his exceptus ſine mora ægram inviſi reperique recurrentes etiam tum convulſiones; Invadebant iterum oſcitationes frequenter, anxietas, murmura ventris, ut jam inſtare malum ægra ipſa diceret. Exhibui pulverem epilepticum ex aquis huc deſtinatis, clyſterem quoque ſub noctem applicandum ſvaſi; Renuentibus autem parentibus, ſalutare hoc auxilium omiſſum eſt.

Nocte ſequente ſic ſatis quieſcere viſa pluries tamen expergefacta, de ſumma anxietate queſta eſt. Hujus rationes ex ſentinâ illâ lochiorum cum paulo explicatius deduxiſſem in clyſteris uſum tandem conſensêre omnes, quem Deus bene vertat! Poſt iteratum interea pulveris epileptici cum caſtoreo uſum, ſaniosum quid ſubalbidum produxiſſe dicunt, quod argumento mihi certo eſt, ita ſe habere mali cauſam, prout inter nos de illa diſſertatum eſt. Quia verò metus recidivæ adhuc urget, quæſo mi Frater, ut ciſiarius hic noſter neceſſaria quædam atque inter alia aquã apoplecticam heroicam transferat. Sic Te, Frater unice, diu vivere belleque valere precor. Treptoæ die IX. Septembr. Ao. M.DC.LVI.

D. CHRISTIANO TIMÆO, von Güldenklee.

Fratri dilecto

BALDASSAR TIMÆUS, von Güldenklee.

S. P. D.

PRolixè tuis reſpondere, Frater unice, vetant per abſentiam cumulati labores. Noſti veram curationem morborum fieri per ablationem cauſæ, quæ in præſenti Epilepſia uterinâ eſt lochiorum à partu retentio. Ex retento enim & corrupto ſanguine menſtruo putridi malignique vapores elevantur, qui cerebrum petentes ejusque membranas & nervoſum genus vellicantes Epilepſiam excitant. Fluxus itaque corrupti iſtius ſanguinis ante omnia provocandus, quod nullo remedio facilius tutiusque impetrabis, quam enemate, cujus hæc eſt deſcriptio.

℞. *Herb. meliſſ.*
puleg.
arthemiſ.
ruta.
majoran. ana mß.
Flor. *Chamæmel.* mß.
Lavendul.
Centaur. mino.
ana. P. j.
Rad. *Ariſtol. utriusque*

 lil.

lil. alber.
paeon ana ℥ß.
Sem. Dauci
rutæ
ſeſel. ana ʒj.
Baccar. laur. ℥ß.
Coq. ex ſ. q. aq. ſimpl.
℞. *Colat.* ℥x.
Elect. Diacathol.
bene dict. laxativ.
ana ℥ß.
ſpecier. hier. ſimpl. ℈iiii.
ol. chamæmel. ℥j.
rutha, anethi ana ℥ß.
ſal. gemm. ʒj. M.

F. Enema repetendum quoties opus fuerit.

Si nihilominus ſubſtiterint lochia, ſanguis ex ſaphenâ pedis extrahendus præmiſſo pedilavio convenienti.

Ventri ſacculum ex iisdem ſpeciebus, quibus enema conſtat applicabis calidè, coctum prius in aqua vel vino albo.

Interea & antepileptica uterinis, menſesque provocantibus mixta per vices exhibenda.

Mihi quidem probatiſſimus eſt hic pulvis, quem transmitto.

℞. *Pulv. lapid. carpion.*
triang. ʒij.
Ungul. alc. prap.
Corn. alcis absque △ calc.
Rad. paeon.
Sem. paeon. Rutæ.
Viſci querni
ſuccin. alb. prap.
Caſtor ana ℈j. M.
F. pulvis

Dentur à ℈j ad ℈iß ex aquâ epileptica Langii vel alio liquore convenienti, qualis eſt hic noſter:

℞. *Aq. Hirund. c. caſtoreo*
deſtill.
paeon. Hyſter. Myſicb.
lil. convall.
Flor. tiliæ ana ℥j.
vitæ mulier. ℥iß.
Spir. ceraſ. nigr. ℥ß.
meliſſ. ʒij. M.

Naribus ſubinde admoveatur caſtoreum ſyndoni incluſum & aqua epilepticâ camphoratâ conſperſum; ſæpe etiam præſertim horis matutinis elixir proprietatis cum ana eſſentiæ Caſtorei doſi XV. vel plurium guttularum ex juſculo cerevifiæ vel vini cum vitello ovi, macere, croco & ſaccharo præparato exhibeatur.

Cœterùm vitet animi vehementiores motꝰ, iram, timores, metum, in cibis vaporoſa & capiti cerebroque noxia. Carnes etiam ſuillas, anatinas, anſerinas, hædinas & id genus alia; Nec continuo decumbat in lecto, ſed quoties per vires licet, erecta ſedeat, pendulis pedibus, qui ipſi & pannis calentibus ſæpe fricandi, ut motus ſanguinis ad inferiora concitetur.

Deus

Deus laudatiſſimam fœminam bonæ valetudini clementer reſtituat & diutiſſime ſalvam præſtet, Cui & Te cum tuis, mi Frater. Colbergæ d. X. Septembr. An. M.DC.LVI.

EPISTOLA XI.

De Epilepſiâ Uterinâ.

DN. BALDASSARI TIMÆO von Güldenklee.

Fratri dilecto.

CHRISTIANUS TIMÆUS von Güldenklee.

AD proximas tuas, dilectiſſime Frater, nudius tertius reſpondi, forſan non ſatis congruè uxoris morbo graviſſimo afflictiſſimus. Laborioſo partu Eleonoram peperit ſatis vividam; Ipſa verò vix ope divina mortis erepta faucibus adhuc peſſime degit, hoc præſertim die, quo toto paroxyſmos pertulit epilepticos complures eosque graviſſimos. Sub veſperam ſomnus eam occupavit dormivitque, ut videbatur, ſatis commode; Experrecta vero palpebras ſuſtollere nullo modo potuit, donec aq. apopl. heroica largius perunctæ, tandem ſenſim motum reciperent. Pes ſiniſter quoque totus aliquamdiu riguit; Vires dejectæ ſunt admodum. Quia ergo pharmacopolium noſtrum iis, quæ hu[illegible] valeant, non ſatis inſtructum [illegible], quæſo ex tuo, quæ utilia judicaveris, transmittas, de pretii ſolutione ſecurus. Imprimis aquam apopl. heroicam & aq. vitæ mulierum deſiderio. Pulvis epilepticus adhuc penes me eſt, Vale optime. Treptoæ d. XXVII. Martii Anno M.DC.LVII.

DN. CHRISTIANO TIMÆO von Güldenklee.

Fratri unico.

BALDASSAR TIMÆUS von Güldenklee.

S. P. D.

EPilepſia, mi Frater, quâ conjux tua puerpera convellitur, ab utero eſt, & vereor, ne grumi quidã lochiorum retenti putreſcentes evaporatione ſua meninges cerebri & nervoſum genus vellicando malum foveant; Diſſolvi autem ſanguis iſte & evacuari optimè poterit clyſtere in pennario meo, titulo de uterinis deſcripto, cujus uſum nunquam non expertus ſum ſalutarem etiam in deſperatis & morti jam vicinis.

Applicabis clyſterem hunc ſingulis vel alternis diebus, donec remittant ſymptomata. Interea ea de aqua hyſterica & epileptica, quam transmitto manè & veſperi cochlearia duo vel tria exhibebis, & ſi forte inſultus convulſivos denuo, quod avertant Superi, ingruere videris, ſtatim pulverem antepilep-

cum, quem penes te eſſe ſcribis, ex hac ipſa aqua hyſterica propinabis, addendo ſubinde guttulas XIII. vel XV. eſſentiæ meæ uterinæ, quæ etiã in juſculis cereviſiæ calidæ vel carnium exhiberi poteſt. Naribus continuò admovebis nodulum ex caſtoreo ſyndone obductum & aq. apopl. heroica conſperſum. Aquam vitæ mulierum cautè exhibebis, præſertim ſi calorem aliquem præternaturalem ſubeſſe ſenties. Cætera dexteritati tuæ committo ipſe occupatisſimus. Deus ſervet Te, mi Frater, inter has calamitates & miſerias. Eleonora, ut noſti, montem miſericordiæ ſignificat: Utinam Deus, qui in altis habitat, tandem etiam tui miſereatur, & decurſa tot adverſitatum periodo, ad ſvavioris vitæ fruentiam clementer evehat. Vale mi Frater. Dab. Colbergæ in vigilia Paſchatos ANNO M.DC.LVII.

EPISTOLA XII.

De eodem affectu.

DN. BALDASSARI TIMÆO von Güldenklee/

Fratri unico.

CHRISTIANUS TIMÆUS von Güldenklee.

S. P. D.

NOndum deſævit dilectisſimæ conjugis morbus, de quo hactenus apud Te, Frater unice, queſtus ſum; quin potius ſtato nunc tempore, nempe inter tertiam & quartam matutinas & pomeridianas horas paroxyſmus epilepticus ferociſſimè inſultat, quo finito ſuffocatio uteri ſuccedit. Præcedit ferè ſemper paroxyſmum epilepticum delirium, in quo valentiſſimam ſeſe eſſe dictitat, funebria cantillat, & mox hunc mox alium abigi jubet, quorum nemo præſens. Lochia initio quidem rectè ſatis proceſſerunt, poſtmodum verò ſubſtitiſſe ajunt.

Vides, mi Frater, quomodo Deus me exerceat. Tu quæſo aquas epilepticam & epopl. heroicam denuò mitte & proſperos iis effectus apprecatus | Vale. Treptoæ Kal. Aprilis. Anno M.DC.LVII.

DN. CHRISTIANO TIMÆO von Güldenklee/

Fratri dilecto.

BALDASSAR TIMÆUS, von Güldenklee/

S. P. D.

DOlorem ex pertinaci & periculoſisſimo Conjugis tuæ morbo cordi infixum meo, ipſe amor, quo te, mi Frater, complector unice, vel me ſilente tibi ſuggeret. Deus potenti ſuo brachio ex Acheruſiâ palude eripiat miſeram, tibique & tuis eandem diutisſimè ſervet.

Aquam

Aquam epilepticam ut & apopleĉticam heroicam, prout deſideras, transmitto: Addidi opiatam meam ex ſale ſüccini volatili caſtoreo, theriaca, ol. roriſmarini, ſuccini & rutæ, ut noſti, præparatam, de qua magnitudine nucis avellanæ ex aqua epileptica exhibebis, quoties opus videbitur, præſertim ingruente paroxyſmo. Vellem ſaphena vel cephalica; quæ verſus pollicem pedis excurrit, aperiretur. Interea & Enematum uſus, ut continuetur, ſvadeo. Certum eſt in utero aliquid latitare putridi, etiamſi Lochia recte & ſufficienter processerint. De conventu noſtro, quid mihi inter has miſerias & calamitates pollicear? Equidem moram hanc libenter patiar, modo valeat uxor tua! utinam & mea! quam

tabida vexat
Febris & exiguam ſvadet ſperare ſalutem.

Deus miſereatur noſtri, in cujus manu ſortes noſtræ. Vale. Scribo in Hortulino meo inter curas & ſuſpiria Kal. April. Ao. M.DC.LVII.

EPISTOLA XIII.

De

Præſervatione à Catarrhis.

Admodum Reverendo & Nobiliſſimo

DN. HENNINGO MANTEUFFEL,

Eccleſiæ Collegiatæ Colbergenſis Canonico, Hæreditario in Carſtin & Kruckenbek &c.

S. D.

BALDASSAR TIMÆUS, von Güldenklee.

Qui ſemel è dubiis emerſit naufragus undis,
Cautior ille ſuam dirigit arte ratem.

NOn abſimili modo, Nobiliſſime Vir, evicto nuper ſummo illo, quod vitæ intentabat catharrhus ſuffocativus, periculo, prudenter admodum inquiris in ſyrtes & ſcopulos, qui tale quid infenſum alunt, quo cavere impoſterum melius ab iis poſſis.

Occurrunt autem primò errores in victu tam quantitatis, quam qualitatis reſpectu.

Ratione quantitatis vitanda repletio, multorum morborum mater.

Quare ea ſit cibi potusque menſura, quam uſus docet commodè & ſine labore confici poſſe. Sanitatis ſtudium eſt, non ſatiari cibis & impigrum eſſe ad labores;

Immodicis brevis eſt ætas & rara Senectus.

Ratione qualitatis nocent omnes cibi, qui difficilioris concoctionis cruditates in ventriculo relinquunt, aut frigidioris & humidio-

dioris naturæ, multum viſciditatis excrementitiæ continent.

In ſpecie fugiendi ſunt, fructus humidiores, jura multa, caſeus, lac & lacticinia, piſcium frequens eſus, legumina, carnes porcinæ, anſerinæ, anatinæ, fumo duratæ, in muria maceratæ, olerum multus uſus, potus largior, præſertim eo tempore, quod prandio & cœnæ intercalare eſt & coctioni deſtinatum.

Cæterùm cavendæ etiam vigiliæ, ſomnus meridianus & qui mox à paſtu initur, refrigeratio capitis & pedum ab aëre frigidiore, vento, pluviis, concalefactio nimia à ſole, igne, motu concitatiore & ſimilibus. Venus item intempeſtiva & frequentior, animique affectiones vehementiores prudentiæ freno inhibendi. Secundo loco ſtat viſcerum diſcraſia, Epatis intemperies calida & ventriculi frigida, quibus accedit & capitis nativa quædam imbecillitas.

Epati proſunt radices cichorii, conſerva roſar. & tinctura, ceraſa, fraga, ribes & berberes: Extra emplaſtrum noſtrum epaticum vel ceratum ſantalinum. Ventriculo conducit Zingiber in china conditum, piperis grana per medium diſecta & in initio prandii cum jusculo aliquo non pingui aſſumpta, Aqua mea ſtomachalis & Rotulæ ex ſpeciebus aromatici roſati & diarrhodon Abbatis: Hæc enim epar non offendunt, ſed juvant. Extra confert inunctio ex balſamo Indico aut oleo nucis moſchatæ. Caput roborat eſſentia ambræ, tinctura Lunæ, aqua mea cephalica, cum ſpiritu lil. convallium & meliſſæ exaltata, morſuli cubebarum & imprimis eſſentia ſuccini.

Extra commendantur cucuphæ ex roſis, lavendula, rore marino, ligno Rhodio & ſuccino.

In ſpecie ad præſervationem à Catarrhis laudatur aqua ſerpilli ex recenti herba ter deſtillata; aqua item ligni ſaſſafras & vinum Adriani Papæ contra catarrhos.

Quoniam verò impoſſibile eſt, ut ſtante viſcerum antipraxia & intemperie, quam expugnare difficillimum, excrementitii humores ſubinde non generentur & cumulentur, cum & diætam in vita practica, qualem Nobiliſſ. Dominus agit, adeo exacte obſervare non liceat; Commodum videtur quolibet anno binâ evacuatione circa æquinoctium vernum, quando ſol ingreditur arietem, & in autumno cum libram petit, humores noxios ac ſuperfluos blande, & ſi opus fuerit, repetitim eliminare; poſtmodum reſpectu plethoræ venam incidere.

Hæc omnia ſi recte & methodice fiant, nullum eſt dubium, Nobiliſſimum Virum à Catarrhis fortè & aliis morbis DEI gratia immunem

tem fore, id quod toto pectore precor. Dabantur Colbergæ die 15. Maji An. M.DC.XXVI.

EPISTOLA XIV.

De Catarrho epidemio cum tuſſi.

DN.
BALDASSARI TIMÆO
von Güldenklee.

Fratri dilecto.

CHRISTIANUS TIMÆUS
von Güldenklee.

S. P. D.

DUbium mihi non eſt, Frater unice, quin cum mille morbis conflicteris; ſicus tamen atque ego cum catarrho epidemio, ſimili fere, qualem authores ſub annum 1580. referunt febrilemque nominant. Senſi æſtum, immenſos capitis dolores, tuſſim cum expectoratione & inſigni dolore pectoris, laterum & diaphragmatis, qui poſtremus cum anguſtia pectoris & tuſſi aliquâ adhuc durat. Noctes ferè duxi inſomnes, ſed cum ſudoribus, quos profuſiſſe ſenſi. Socer verò meus adhuc dum graviſſime decumbit, horrendos capitis dolores, totius corporis ſummam laſſitudinem, ſitim nocturnam immodicam & inquietudinem cum tuſſi vehementiſſima hactenus queſtus. Omnia iſta indies augeſcunt peſſimeque Virum habent. Simile malum complures alii patiuntur, & uxor quoque mea non difformiter laboravit & adhucdum, & ſi diurnas actiones ſuas qualitercunq; obire poſſit, noctes tamen inquietas ducit cephalalgia, dolore dentium & anxietate gravi eas ſibi vendicantibus. Ego contagium ſubeſſe ſuſpicor. Tu, mi Frater, quid ſentias, & an veſtrates quoque appetant hæc mala, ut paucis reſcribas & unà pro Socero meo ſelectiora quædam mittas, rogo. Avertat clementiſſimus Deus hoc & omne à nobis malum, teque, mi Frater, cum conjuge & liberis belliſſimè valere & diutiſſime vivere jubeat. Treptoæ die XXV. Januar. A.M.DC.LVIII.

DN. CHRISTIANO TIMÆO
von Güldenklee.

Fratri unico.

BALDASSAR TIMÆUS
von Güldenklee.

S. P. D.

CAtarrhum, qui à ſolſtitio hyberno anni nuper elapſi in hunc usque diem communiter graſſatur, ſimilem ferè eſſe illi, qui circa annum M. D. LVIII. & LXXX. multas regiones pervaſit, rectè ſentis, quanquam adeo pernicioſum huc usque non deprehenderim.

Doleo autem, mi Frater, quod & te tuosq; tam graviter affligat hoc

malum, DEUM precatus, bonæ valetudini clementer vos reſtituat! Remedia quibus feliciter hactenus utor, hæc ſunt: Cum humor vitioſ9 malignitatis fomes & catarrhi ac febris cauſa, potiſſimum in prima corporis regione hæreat, initio evacuantia quædam lenia ex decocto meo laxativo vel ſyrupo violarum ſolutivo manna aut floribus caſſiæ præſcribo.

Hinc ad materiam reliquam alterandam & præparandam exhibeo ſequentem mixturam, quæ & malignitati reſiſtit:

℞. *Aq. Scabinoſæ acetoſæ*
cardui bened. ana ℥iii
veronicæ
Contr. febr. malign. ana ℥ß
Syrup. Capillor. ♀ *is* ℥ii
acetoſit. citri
violarum ana ℥j.

Materiam concoct. iterum blandè ſubduco per infuſum foliorum ſenæ & Rhabarbari vel agarici, additis corrigentibus & ſyrupo violar. ſolutivo.

Tandem & materiam in capite contentam & ad pectus delabentem abſumendam & educendam rotulas ſæpius delibandas offero:

℞. *Sem. papaveris alb.* ℥ß.
Card. bened. ℈iiii
Citri. ℈ii
Aq. ſcabioſ. card. bened.
roſar. opt. ana ʒis
M. F. Emulſio add.
Spec. diatr. frigid. ʒii.
Diamargar. frigid. ʒi.
Sacch. albiſſ. ʒiiii *vel. v.*
F. S. a. Rotulæ. vel,

℞. *Aq. tuſſilaginis ſcabioſæ.*
ana ℥iii.
Card. bened. betonic. ana ℥ii.
Syrup. de innubiis ℥ii.
Flor. Rhead.
Violar. ana ʒi. *Miſc.*

In materia craſſa & viſcida Looch ſanum & expertum vel rotulas Diaireos cum floribus Benzoinis exhibeo vel Emulſum meum enulatum, cujus deſcriptionem habes in penuario meo pharmaceutico. Interea & particulares capitis evacuationes per Errhina inſtituo. Revulſiones autem per pedilavia & inferiorum partium frictiones magnas.

Pro capitis & virium roboratione prodeſt Electuarium.

℞. *Conſerv. roſar. rubrar.*
violar. ana ℥iii
Confect. Alkermes ʒii.
Spec. diamarg. frigid.
℈iiii
Flor. citri. condit ʒvi
Spirit. roſar.
flor. tiliæ
lili. convall. ana gt. XV.
M. c. Syrupo violarum
q. s. F. Electuarium.

Extra confert balſamum roſarum na-

naribus inunctum. Sitis, quæ nonnullos valde urget, optime compeſcitur decocto hordei cum raſurâ Corn. Cervi paſſulis liquiritiâ & ſemine Fœniculi præparato.

Hæc pro materiæ ſeu tenuioris ſeu craſſioris conditione variare & Socero tuo aliisque accommodare facile noveris, modò malignitatis rationem ubique habeas, prout ſupra monitum, Vale, ſcribo Colbergæ die XXV. Januarii ANNO M.DC.LVIII.

EPISTOLA XV.

De dolore capitis.

Ad Ampliſſimum & Conſultiſſimum Dominum

JOACHIMUM MASIUM Reipubl. Stolpenſ. Conſulem.

POſtulas à me, Ampliſſime Dn. Conſul, ut in affectu tuo moleſto, diuturno ſcilicet capitis dolore, qui jam ferè cum accreſcente ætate majores ſimul vires ſumere videtur, fideliter tibi conſulam.

Quapropter ut id eo expeditius præſtem, primum erit in ipſius affectus naturam & cauſas diligenter inquirere, & quod hanc inveſtigationē magnopere juvat, totius ſimul corporis tui idioſyncraſiam & conſtitutionem accuratè perpendere. Affectus ergo Domini Conſulis, de quo imprimis jam conqueritur, doloris quædam ſpecies eſt, qui partim compreſſionis, partim conſtrictionis ſenſu præcipuè circa ſynciput vicinasque ſuturas perquam moleſtus eſt, nec tamen fixam & determinatam ſemper capitis partem occupat, ſed plerumque hinc inde modo à temporibus verſus ſinciput & ſuturæ lambdoidis regionem vago quodam motu per intervalla incedit; Immiſcuit etiam ſeſe huic dolori ante biennium, tenebricoſa quædam & gravis vertigo, quæ tamen brevi ſoluta, nec dum huc uſque per Dei gratiam repetiit.

Sedes itaque horum dolorum omnino ſub cranio circa membranoſas cerebri partes ejusque meninges agnoſcenda erit, utpotè quæ acutiſſimo ſenſu præditæ pro vario per earum ſinus & vaſa affluentium humorum & adſcendentiū vaporum impetu, vario dolorum genere ſubinde corripi ſolent. Cum autem duplici potiſſimum modo ejusmodi dolor ac moleſta ſenſatio capiti imprimi poſſit, ſcilicet vel per idiopathiam & affectum capitis proprium, vel per ſympathiam & conſenſum aliarum extra caput ſitarum partium, ut eo felicius incedat curatio, omnino hic inquirendum adjutram prædictarum dolorum ſpeciem hic affectus referri debeat.

Et quamvis quidem Juvenis ad-

ſpirit. cornu alcis, weil ſie vielleicht ihres Orts nicht möchten zu bekommen ſeyn. Damit kan man alſo verfahren: Nehmen einen oder zweene Löffel voll gutes Schwalbenwaſſer/ oder aq. epilepticæ Langii thut etwa 25. Tröpfflein Kreutzrauten Safft/ welcher aus der grünen Kreutzrauten friſch ausgepreſſet iſt/ darzu/ und 13. Tröpfflein von der tinctura Lunæ, gebet es dem Patienten des Morgens nüchtern ein/ auch ſonſten zu anderer Zeit/ wann man ſich des paroxyſmi beſorget.

Bisweilen kan man ſtatt der tinctur den ſpiritum ungulæ alcis gebrauchen/ und wechſelsweiſe eines umbs ander eingeben.

5. Solte über Verhoffen dieſes alles nichts verfangen/ könte man aërem & locum mutiren, und den Patienten an einen andern geſunden und luſtigen Ort bringen/ welches in dergleichen affectu offters ſehr gut befunden. Epilepſia namque laborantes juniores cum ætatis & aëris mutatio, tum & loci & victus liberat, Hipp.2.Aph.45.

Dieſes auf Sr. Hoch-Edl. Geſtr. Begehren/ habe ich wolmeinend und ohn einige Maasgebung/ auch den anweſenden Herren Medicis unvorgreifflich erinnern wollen/ von Hertzen wündſchende/ daß der allgütige barmhertzige GOtt ſeine hülffreiche Hand in Gnaden anſchlagen/ erfreuliche reſtitution und gute beſtändige Geſundheit verleihen und dieſes ihr hertzliebes Söhnlein zu langen Zeiten beym Leben friſten und erhalten wolle/ deſſen allwaltenden Beſchirmung E. Hoch-Edl Geſtr. ſamt deroſelben Hoch-Adelichen Hauſe/ ich hiermit treulichſt empfehlen thue/ verbleibende

E. Hoch-Edl. Geſtr.

Dienſtergebener

B. Timæus von Güldenklee.

Dem Hoch-Edelgebornen/ Geſtrengen/ Veſten und Hochbenahmten Herrn/ Hrn. Düring Jacob von Crockow/ Churfürſtl. Brandenburgiſchen Erbſchencken und wolbeſtallten Landvoigt zu Stolbe/ auff Peeſt/ Rohſchutz und Günterhagen ꝛc. Erbherrn. Meinen inſonders Hochgeehrten Herrn.

EPISTOLA X.

De epilepſia ex retentione Lochiorum.

DN. BALDASSARI TIMÆO, von Güldenklee.

Fratri dilecto

CHRISTIANUS TIMÆUS von Güldenklee.

S. D.

ABſentiam meam, Frater unice, tantum non nefariam pronunciarunt mulierculæ noſtræ, quod

quod in eâ paroxyſmum graviſſimum quatuor horas ſine remiſſione durantem paſſa eſt puerpera, nempe ab octavâ matutinâ ad duodecimam meridianam. Ego circa tertiam veſpertinam domum reverſus triſtibus his exceptus ſine mora ægram inviſi reperique recurrentes etiam tum convulſiones; Invadebant iterum oſcitationes frequentes, anxietas, murmura ventris, ut jam inſtare malum ægra ipſa diceret. Exhibui pulverem epilepticum ex aquis huc deſtinatis, clyſterem quoque ſub noctem applicandum ſvaſi; Renuentibus autem parentibus, ſalutare hoc auxilium omiſſum eſt.

Nocte ſequente ſic ſatis quieſcere viſa pluries tamen expergefacta, de ſumma anxietate queſta eſt. Hujus rationes ex ſentinâ illâ lochiorum cum paulo explicatius deduxiſſem in clyſteris uſum tandem conſenſêre omnes, quem Deus benevertat! Poſt iteratum interea pulveris epileptici cum caſtoreo uſum, ſanioſum quid ſubalbidum profluxiſſe dicunt, quod argumento mihi certo eſt, ita ſe habere mali cauſam, prout inter nos de illa diſſertatum eſt. Quia verò metus recidivæ adhuc urget, quæſo mi Frater, ut ciſiarius hic noſter neceſſaria quædam atque inter alia aquã apoplecticam heroicam transferat. Sic Te, Frater unice, diu vivere belleque valere precor. Treptoæ die IX. Septembr. Ao. M.DC.LVI.

D. CHRISTIANO TIMÆO,
von Güldenklee.

Fratri dilecto

BALDASSAR TIMÆUS,
von Güldenklee.

S. P. D.

PRolixè tuis reſpondere, Frater unice, vetant per abſentiam cumulati labores. Noſti veram curationem morborum fieri per ablationem cauſæ, quæ in præſenti Epilepſia uterinâ eſt lochiorum à partu retentio. Ex retento enim & corrupto ſanguine menſtruo putridi malignique vapores elevantur, qui cerebrum petentes ejusque membranas & nervoſum genus vellicantes Epilepſiam excitant. Fluxus itaque corrupti iſtius ſanguinis ante omnia provocandus, quod nullo remedio facilius tutiusque impetrabis, quam enemate, cujus hæc eſt deſcriptio.

℞. *Herb. meliſſ.*
puleg.
artemiſ.
rut.
majoran. ana mß.
Flor. *Chamæmel.* mß.
Lavendul.
Centaur. mino.
ana. P.j.
Rad. *Ariſtol. utriusque*

lil. albor.
paeon ana ℥ß.
Sem. Dauci
rutæ
ſeſel.ana ʒj.
Baccar. laur. ℥ß.
Coq. ex ſ. q. aq. ſimpl.
℞. *Colat.* ℥x.
Elect. Diacathol.
bene dict. laxativ.
ana ℥ß.
ſpecier. hier. ſimpl. ℈iiii.
ol. chamæmel. ℥j.
rutbæ, anethi ana ℥ß.
ſal. gemm. ʒj. M.
F. Enema repetendum quoties opus fuerit.

Si nihilominus ſubſtiterint lochia, ſanguis ex ſaphenâ pedis extrahendus præmiſſo pedilavio convenienti.

Ventri ſacculum ex iisdem ſpeciebus, quibus enema conſtat applicabis calidè, coctum prius in aqua vel vino albo.

Interea & antepileptica uterinis, menſesque provocantibus mixta per vices exhibenda.

Mihi quidem probatiſſimus eſt hic pulvis, quem transmitto.

℞. *Pulv. lapid. carpion.*
triang. ʒij.
Ungul. alc. præp.
Corn. alcis absque △ calc.
Rad. paeon.
Sem. paeon. Rutæ.
Viſci querni
ſuccin. alb. præp.
Caſtor ana ℈j. M.
F. pulvis

Dentur à ℈j ad ℈iß ex aquâ epileptica Langii vel alio liquore convenienti, qualis eſt hic noſter:

℞. *Aq. Hirund. c. caſtoreo*
deſtill.
paeon. Hyſter. Myſicb.
lil. convall.
Flor. tiliæ ana ℥j.
vitæ mulier. ℥iß.
Spir. ceraſ. nigr. ℥ß.
meliſſ. ʒij. M.

Naribus ſubinde admoveatur caſtoreum ſyndoni incluſum & aqua epilepticâ camphoratâ conſperſum; ſæpe etiam præſertim horis matutinis elixir proprietatis cum ana eſſentiæ Caſtorei doſi XV. vel plurium guttularum ex juſculo cerevisiæ vel vini cum vitello ovi, macere, croco & ſaccharo præparato exhibeatur.

Cœterùm vitet animi vehementiores motꝰ, iram, timores, metum, in cibis vaporoſa & capiti cerebroque noxia. Carnes etiam ſuillas, anatinas, anſerinas, hædinas & id genus alia; Nec continuo decumbat in lecto, ſed quoties per vires licet, erecta ſedeat, pendulis pedibus, qui ipſi & pannis calentibus ſæpe fricandi, ut motus ſanguinis ad inferiora concitetur.

Deus

Deus laudatiſſimam fœminam bonæ valetudini clementer reſtituat & diutiſſime ſalvam præſtet, Cui & Tecum tuis, mi Frater. Colbergæ d.X. Septembr. An. M.DC.LVI.

EPISTOLA XI.

De Epilepſiâ Uterinâ.

DN. BALDASSARI TIMÆO von Güldenklee.

Fratri dilecto.

CHRISTIANUS TIMÆUS von Güldenklee.

AD proximas tuas, dilectiſſime Frater, nudius tertius reſpondi, forſan non ſatis congrue uxoris morbo graviſſimo afflictiſſimus. Laborioſo partu Eleonoram peperit ſatis vividam; Ipſa verò vix ope divina mortis erepta faucibus adhuc peſſime degit, hoc præſertim die, quo toto paroxyſmos pertulit epilepticos complures eosque graviſſimos. Sub veſperam ſomnus eam occupavit dormivitque, ut videbatur, ſatis commode; Experrecta vero palpebras ſuſtollere nullo modo potuit, donec aq. apopl. heroica largius perunctæ, tandem ſenſim motum reciperent. Pes ſiniſter quoque totus aliquamdiu riguit; Vires dejectæ ſunt admodum. Quia ergo pharmacopolium noſtrum iis, quæ huc facere valeant, non ſatis inſtructum eſt, quæſo ex tuo, quæ utilia judicaveris, transmittas, de pretii ſolutione ſecurus. Imprimis aquam apopl. heroicam & aq. vitæ mulierum deſiderio. Pulvis epilepticus adhuc penes me eſt, Vale optime. Treptoæ d. XXVII. Martii Anno M.DC.LVII.

DN. CHRISTIANO TIMÆO von Güldenklee.

Fratri unico.

BALDASSAR TIMÆUS von Güldenklee.

S. P. D.

EPilepſia, mi Frater, quâ conjux tua puerpera convellitur, ab utero eſt, & vereor, ne grumi quidã lochiorum retenti putreſcentes evaporatione ſua meninges cerebri & nervoſum genus vellicando malum foveant; Diſſolvi autem ſanguis iſte & evacuari optimè poterit clyſtere in pennario meo, titulo de uterinis deſcripto, cujus uſum nunquam non expertus ſum ſalutarem etiam in deſperatis & morti jam vicinis.

Applicabis clyſterem hunc ſingulis vel alternis diebus, donec remittant ſymptomata. Interea ea de aqua hyſterica & epileptica, quam transmitto manè & veſperi cochlearia duo vel tria exhibebis, & ſi forte inſultus convulſivos denuò, quod avertant Superi, ingruere videris, ſtatim pulverem antepilepticum

 cum

cum, quem penes te eſſe ſcribis, ex hac ipſa aqua hyſterica propinabis, addendo ſubinde guttulas XIII. vel XV. eſſentiæ meæ uterinæ, quæ etiã in juſculis cereviſiæ calidæ vel carnium exhiberi poteſt. Naribus continuò admovebis nodulum ex caſtoreo ſyndone obductum & aq. apopl. heroica conſperſum. Aquam vitæ mulierum cautè exhibebis, præſertim ſi calorem aliquem præternaturalem ſubeſſe ſenties. Cætera dexteritati tuæ committo ipſe occupatiſsimus. Deus ſervet Te, mi Frater, inter has calamitates & miſerias. Eleonora, ut noſti, montem miſericordiæ ſignificat: Utinam Deus, qui in altis habitat, tandem etiam tui miſereatur, & decurſa tot adverſitatum periodo, ad ſvavioris vitæ fruentiam clementer evehat. Vale mi Frater. Dab. Colbergæ in vigilia Paſchatos ANNO M.DC.LVII.

EPISTOLA XII.

De eodem affectu.

DN. BALDASSARI TIMÆO von Güldenklee/

Fratri unico.

CHRISTIANUS TIMÆUS von Güldenklee.

S. P. D.

NOndum deſævijt dilectiſsimæ conjugis morbus, de quo hactenus apud Te, Frater unice, queſtus ſum; quin potius ſtato nunc tempore, nempe inter tertiam & quartam matutinas & pomeridianas horas paroxyſmus epilepticus ferociſſimè inſultat, quo finito ſuffocatio uteri ſuccedit. Præcedit fere ſemper paroxyſmum epilepticum delirium, in quo valentiſſimam ſeſe eſſe dictitat, funebria cantillat, & mox hunc mox alium abigi jubet, quorum nemo præſens. Lochia initio quidem rectè ſatis proceſſerunt, poſtmodum verò ſubſtitiſſe ajunt.

Vides, mi Frater, quomodo Deus me exerceat. Tu quæſo aquas epilepticam & epopl. heroicam denuò mitte & proſperos iis effectus apprecatus | Vale. Treptoæ Kal. Aprilis. Anno M.DC.LVII.

DN. CHRISTIANO TIMÆO von Güldenklee/

Fratri dilecto.

BALDASSAR TIMÆUS, von Güldenklee/

S. P. D.

DOlorem ex pertinaci & periculoſiſſimo Conjugis tuæ morbo cordi infixum meo, ipſe amor, quo te, mi Frater, complector unice, vel me ſilente tibi ſuggeret. Deus potenti ſuo brachio ex Acheruſiâ palude eripiat miſeram, tibique & tuis eandem diutiſsimè ſervet.

Aquam

Aquam epilepticam ut & apoplecticam heroicam, prout deſideras, tranſmitto: Addidi opiatam meam ex ſale ſuccini volatili caſtoreo, theriaca, ol. roriſmarini, ſuccini & rutæ, ut noſti, præparatam, de quâ magnitudine nucis avellanæ ex aqua epileptica exhibebis, quoties opus videbitur, præſertim ingruente paroxyſmo. Vellem ſaphæna vel cephalica; quæ verſus pollicem pedis excurrit, aperiretur. Interea & Enematum uſus, ut continuetur, ſvadeo. Certum eſt in utero aliquid latitare putridi, etiamſi Lochia recte & ſufficienter proceſſerint. De conventu noſtro, quid mihi inter has miſerias & calamitates pollicear? Equidem moram hanc libenter patiar, modo valeat uxor tua! utinam & mea! quam tabida vexat

Febris & exiguam ſvadet ſperare ſalutem.

Deus miſereatur noſtri, in cujus manu ſortes noſtræ. Vale. Scribo in Hortulino meo inter curas & ſuſpiria Kal. April. Ao. M.DC.LVII.

EPISTOLA XIII.

De

Præſervatione à Catarrhis.

Admodum Reverendo & Nobiliſſimo

DN. HENNINGO MANTEUFFEL,

Eccleſiæ Collegiatæ Colbergenſis Canonico, Hæreditario in Carſtin & Kruckenbek &c.

S. D.

BALDASSAR TIMÆUS, von Güldenklee.

Qui ſemel è dubiis emerſit naufragus undis,

Cautior ille ſuam dirigit arte ratem.

NOn abſimili modo, Nobiliſſime Vir, evicto nuper ſummo illo, quod vitæ intentabat catharrhus ſuffocativus, periculo, prudenter admodum inquiris in ſyrtes & ſcopulos, qui tale quid infenſum alunt, quo cavere impoſterum melius ab iis poſſis.

Occurrunt autem primò errores in victu tam quantitatis, quam qualitatis reſpectu.

Ratione quantitatis vitanda repletio, multorum morborum mater.

Quare ea ſit cibi potusque menſura, quam uſus docet commode & ſine labore confici poſſe. Sanitatis ſtudium eſt, non ſatiari cibis & impigrum eſſe ad labores;

Immodicis brevis eſt ætas & rara Senectus.

Ratione qualitatis nocent omnes cibi, qui difficilioris concoctionis cruditates in ventriculo relinquunt, aut frigidioris & humidio-

dioris naturæ, multum viſciditatis excrementitiæ continent.

In ſpecie fugiendi ſunt, fructus humidiores, jura multa, caſeus, lac & lacticinia, piſcium frequens eſus, legumina, carnes porcinæ, anſerinæ, anatinæ, fumo duratæ, in muria maceratæ, olerum multus uſus, potus largior, præſertim eo tempore, quod prandio & cœnæ intercalare eſt & coctioni deſtinatum.

Cæterùm cavendæ etiam vigiliæ, ſomnus meridianus & qui mox à paſtu initur, refrigeratio capitis & pedum ab aëre frigidiore, vento, pluviis, concalefactio nimia à ſole, igne, motu concitatiore & ſimilibus. Venus item intempeſtiva & frequentior, animique affectiones vehementiores prudentiæ freno inhibendi. Secundo loco ſtat viſcerum diſcraſia, Epatis intemperies calida & ventriculi frigida, quibus accedit & capitis nativa quædam imbecillitas.

Epati proſunt radices cichorii, conſerva roſar. & tinctura, ceraſa, fraga, ribes & berberes: Extra emplaſtrum noſtrum epaticum vel ceratum ſantalinum. Ventriculo conducit Zingiber in china conditum, piperis grana per medium diſecta & in initio prandii cum jusculo aliquo non pingui aſſumpta, Aqua mea ſtomachalis & Rotulæ ex ſpeciebus aromatici roſati & diarrhodon Abbatis: Hæc enim epar non offendunt, ſed juvant. Extra confert inunctio ex balſamo Indico aut oleo nucis moſchatæ. Caput roborat eſſentia ambræ, tinctura Lunæ, aqua mea cephalica, cum ſpiritu lil. convallium & meliſſæ exaltata, morſuli cubebarum & imprimis eſſentia ſuccini.

Extra commendantur cucuphæ ex roſis, lavendula, rore marino, ligno Rhodio & ſuccino.

In ſpecie ad præſervationem à Catarrhis laudatur aqua ſerpilli ex recenti herba ter deſtillata; aqua item ligni ſaſſafras & vinum Adriani Papæ contra catarrhos.

Quoniam verò impoſſibile eſt, ut ſtante viſcerum antipraxia & intemperie, quam expugnare difficillimum, excrementitii humores ſubinde non generentur & cumulentur, cum & diætam in vita practica, qualem Nobiliſſ. Dominus agit, adeo exacte obſervare non liceat; Commodum videtur quolibet anno binâ evacuatione circa æquinoctium vernum, quando ſol ingreditur arietem, & in autumno cum libram petit, humores noxios ac ſuperfluos blande, & ſi opus fuerit, repetitim eliminare; poſtmodum reſpectu plethoræ venam incidere.

Hæc omnia ſi recte & methodice fiant, nullum eſt dubium, Nobiliſſimum Virum à Catarrhis fortè & aliis morbis DEI gratia immunem

nem fore, id quod toto pectore precor. Dabantur Colbergæ die 15. Maji An. M. DC. XXVI.

EPISTOLA XIV.

De Catarrho epidemio cum tuſſi.

DN.

BALDASSARI TIMÆO von Güldenklee.

Fratri dilecto.

CHRISTIANUS TIMÆUS von Güldenklee.

S. P. D.

DUbium mihi non eſt, Frater unice, quin cum mille morbis conflicteris; ſecus tamen atque ego cum catarrho epidemio, ſimili fere, qualem authores ſub annum 1580. referunt febrilemque nominant. Senſi æſtum, immenſos capitis dolores, tuſſim cum expectoratione & inſigni dolore pectoris, laterum & diaphragmatis, qui poſtremus cum anguſtia pectoris & tuſſi aliquâ adhuc durat. Noctes fere duxi inſomnes, ſed cum ſudoribus, quos profuiſſe ſenſi. Socer vero meus adhuc dum graviſſime decumbit, horrendos capitis dolores, totius corporis ſummam laſſitudinem, ſitim nocturnam immodicam & inquietudinem cum tuſſi vehementiſſima hactenus queſtus. Omnia iſta indies augeſcunt peſſimeque Virum habent. Simile malum complures alii patiuntur, & uxor quoque mea non difformiter laboravit & adhucdum, & ſi diurnas actiones ſuas qualitercunq; obire poſſit, noctes tamen inquietas ducit cephalalgia, dolore dentium & anxietate gravi eas ſibi vendicantibus. Ego contagium ſubeſſe ſuſpicor. Tu, mi Frater, quid ſentias, & an veſtrates quoque appetant hæc mala, ut paucis reſcribas & unà pro Socero meo ſelectiora quædam mittas, rogo. Avertat clementiſſimus Deus hoc & omne à nobis malum, teque, mi Frater, cum conjuge & liberis belliſſimè valere & diutiſſimè vivere jubeat. Treptoæ die XXV. Januar. A. M. DC. LVIII.

DN. CHRISTIANO TIMÆO von Güldenklee.

Fratri unico.

BALDASSAR TIMÆUS von Güldenklee.

S. P. D.

CAtarrhum, qui à ſolſtitio hyberno anni nuper elapſi in hunc usque diem communiter graſſatur, ſimilem ferè eſſe illi, qui circa annum M. D. LVIII. & LXXX. multas regiones pervaſit, recte ſentis, quanquam adeò pernicioſum huc usque non deprehenderim.

Doleo autem, mi Frater, quod & te tuosq; tam graviter affligat hoc malum

malum, DEUM precatus, bonæ valetudini clementer vos reſtituat! Remedia quibus feliciter hactenus utor, hæc ſunt: Cum humor vitioſ9 malignitatis fomes & catarrhi ac febris cauſſa, potisſimum in prima corporis regione hæreat, initio evacuantia quædam lenia ex decocto meo laxativo vel ſyrupo violarum ſolutivo manna aut floribus casſiæ præſcribo.

Hinc ad materiam reliquam alterandam & præparandam exhibeo ſequentem mixturam, quæ & malignitati reſiſtit:

℞. *Aq. Scabinoſæ acetoſæ*
cardui bened. ana ℥iii
veronicæ
Contr. febr. malign. ana ℥ß
Syrup. Capillor. ♀ *is* ℥ii
acetoſit. citri
violarum ana ℥j.

Materiam concoct. iterum blandè ſubduco per infuſum foliorum ſenæ & Rhabarbari vel agarici, additis corrigentibus & ſyrupo violar. ſolutivo.

Tandem & materiam in capite contentam & ad pectus delabentem abſumendam & educendam rotulas ſæpius delibandas offero:

℞. *Sem. papaveris alb.* ℥ß.
Card. bened. ℈iiii
Citri. ℈ii
Aq. ſcabioſ. card. bened.
roſar. opt. ana ʒis
M. F. Emulſio add.
Spec. diatr. frigid. ʒii.
Diamargar. frigid. ʒi.
Sacch. albiſſ. ʒiiii *vel. v.*
F. S. a. Rotulæ. vel,

℞. *Aq. tuſſilaginis ſcabioſæ.*
ana ℥iii.
Card. bened. betonic. ana ℥ii.
Syrup. de innubis ℥ii.
Flor. Rhead.
Violar. ana ʒi. *Miſc.*

In materia craſſa & viſcida Looch ſanum & expertum vel rotulas Diaireos cum floribus Benzoinis exhibeo vel Emulſum meum enulatum, cujus deſcriptionem habes in penuario meo pharmaceutico. Interea & particulares capitis evacuationes per Errhina inſtituo. Revulſiones autem per pedilavia & inferiorum partium frictiones magnas.

Pro capitis & virium roboratione prodeſt Electuarium.

℞. *Conſerv. roſar. rubrar.*
violar. ana ℥iii
Confect. Alkermes ʒii.
Spec. diamarg. frigid.
℈iiii
Flor. citri. condit ʒvi
ſpirit. roſar.
flor. tiliæ
lili. convall. ana gt. XV.
M. c. Syrupo violarum
q. s. F. Electuarium.

Extra confert balſamum roſarum na-

naribus inunctum. Sitis, quæ nonnullos valde urget, optimè compeſcitur decocto hordei cum raſurâ Corn. Cervi paſſulis liquiritiâ & ſemine Fœniculi præparato.

Hæc pro materiæ ſeu tenuioris ſeu craſſioris conditione variare & Socero tuo aliisque accommodare facilè noveris, modò malignitatis rationem ubique habeas, prout ſupra monitum, Vale, ſcribo Colbergæ die XXV. Januarii ANNO M.DC. LVIII.

EPISTOLA XV.

De dolore capitis.

Ad Ampliſſimum & Conſultiſſimum Dominum

JOACHIMUM MASIUM Reipubl. Stolpenſ. Conſulem.

POſtulas à me, Ampliſſime Dn. Conſul, ut in affectu tuo moleſto, diuturno ſcilicet capitis dolore, qui jam ferè cum accreſcente ætate majores ſimul vires ſumere videtur, fideliter tibi conſulam.

Quapropter ut id eo expeditius præſtem, primum erit in ipſius affectus naturam & cauſas diligenter inquirere, & quod hanc inveſtigationẽ magnopere juvat, totius ſimul corporis tui idioſyncraſiam & conſtitutionem accuratè perpendere. Affectus ergo Domini Conſulis, de quo imprimis jam conqueritur, doloris quædam ſpecies eſt, qui partim compreſſionis, partim conſtrictionis ſenſu præcipuè circa ſyncipu vicinasque ſuturas perquam moleſtus eſt, nec tamen fixam & determinatam ſemper capitis partem occupat, ſed plerumque hinc inde modo à temporibus verſus ſinciput & ſuturæ lambdoidis regionem vago quodam motu per intervalla incedit; Immiſcuit etiam ſeſe huic dolori ante biennium, tenebricoſa quædam & gravis vertigo, quæ tamen brevi ſoluta, nec dum huc uſque per Dei gratiam repetiit.

Sedes itaque horum dolorum omnino ſub cranio circa membranoſas cerebri partes ejusque meninges agnoſcenda erit, utpotè quæ acutiſſimo ſenſu præditæ pro vario per earum ſinus & vaſa affluentium humorum & adſcendentiũ vaporum impetu, vario dolorum genere ſubinde corripi ſolent. Cum autem duplici potiſſimùm modo ejusmodi dolor ac moleſta ſenſatio capiti imprimi poſſit, ſcilicet vel per idiopathiam & affectum capitis proprium, vel per ſympathiam & conſenſum aliarum extra caput ſitarum partium, ut eo felicius incedat curatio, omnino hic inquirendum adjutram prædictarum dolorum ſpeciem hic affectus referri debeat.

Et quamvis quidem Juvenis adhuc

huc ex gravibus quibusdam, prout mihi retuliſti, capitis percuſſionibꝰ perpeſſis idiopaticam capitis debilitatem contraxiſſe videri poſſis, præſenti tamen corporis tui conſtitutione, quia hypochondriaco affectu à multo tempore laboraſti, probè perſpecta, nullum certè dubium eſt, præviam illam in juventute contractam capitis imbecillitatem jam inveterato iſto tuo affectu multis modis intendi, accendenteq; dolore ſemper graviorem reddi. Polymorphos enim eſt iſte tuus hypochondriorum affectus, variaſque corporis partes, imprimis vero caput, mirando ſuo conſenſu graviter ſolet afficere, idque eo magis, quo inſuper ſcorbutici aliquid miaſmatis ſibi admiſtum habet, quod vereor, ne etiam in Domino Conſule ſimul ſeſe jam diu per certa quædam indicia, vagos ſcilicet artuum & obtuſos quaſi dolores & alia, manifeſtet. Quia verò non ſemper eâdem vehementia & continuitate dicti capitis dolores urgent, ſed quandoque etiam quaſdam etiamſi breves inducias dant, judico non tam ab humoribus craſſis & fixis, quam tenuibus, ſeroſis & ex parte flatulentis ac vaporoſis eoſdem dependere, utpote qui facta ebullitione humorum circa lienem & reliqua viſcera, juſto alias fervidiora & calidiora, copioſo impetu ad caput aſcendunt & quaſi aëreſcunt, & cum eorum agitationi & motui intra cranii ambitum haud proportionatus & ſufficiens locus ſuppetat, quaſi concentrati & incarcerati cerebrum ejuſq; membranas non tantum impetuoſe pervadunt, ſed & compreſſivo dolore infeſtant. Perluſtrata ſic breviter tui affectus idea, paucis jam etiam præcipuos curationis ſcopos explicabimꝰ, qui præſentem corporis tui conſtitutionem vel affectum capitis urgentem concernunt.

Principium ergò legitimæ curationis faciendum videtur præviâ diligenti diætæ obſervatione ab uſu medicamentorum digeſtivorum & tartareos humores attemperantium & incidentium, qualia ſunt Cryſtalli & cremor ♀ri ♀tarus. ⊖latus, aquæ aperitivæ, ſpleneticæ, bugloſſæ, borraginis cum ſyrupo de tribus, de 5. Radicibus, Syrup. Pomor. dulc. &c.

Horum uſum excipiant medicamenta leniter purgantia & humores hypochondriorũ ♀reos pertinaces obſtructiones cauſantes per intervalla & epicraſin blandè educentia, qualia ſunt folia ſenæ Rhabarb. Agaric. Rad. helleb. nigri præp. pilulæ de Ammoniaco de Rhabarb. ♀reæ, cereviſiæ medicatæ &c. Quibus omnibus etiam admiſceri poſſent medicamenta ſcorbutica, malignam humorum attabila-

biliarium & ſcorbuticorum diatheſin corrigentia, qualia ſunt, quæ parantur ex cochlearia, beccabunga, naſturtio &c.

Tandem his ſubſtituenda medicamenta non tantum hypochondriorum viſcera, ſed ſimul etiam caput ipſum corroborantia, qualia ſunt, conſervæ ſimplicium cephalicorum & ſpleneticorum confectio Alkermes, Elixir proprietatis, tinctura Lunæ. Circa electionem tamen horum omnium attendendũ, ut ſemper temperatiora eligantur; Jubet enim hoc fervida viſcerum & capitis conſtitutio, quæ medicamentorum calidorum exhibitione plus videtur lædi quam ſublevari. Quoad externa medicamenta, præcipuè ratione capitis univerſalibus dictis præmiſſis, conveniens erit frequens pediluviorum uſus ex ſerpillo, betonica, artemis, malva, flor. chamæm. cum aliquot capitibus papaveris & manipulo ſalis. Efficaciter enim hæc aſcendentes ex hypochondriis vapores deorſum revellendo capiti non leve ſublevamentum præſtant.

Localia etiam medicamenta capiti applicanda omninò etiam temperata, ne exceſſiva caliditate ſua capiti magis noceant, quam proſint. Poterit igitur cucupha ſuper caput matutino præſertim tempore geſtanda concinnari ex pulvere roſar. rubr. violar. purpureorum, floribus betonicæ, lavendulæ, pulv. ligni Rhodii, ſantali, ſemine nigellæ, thure & ſimilibus.

Vaporum etiam & tenuium humorum ad caput aſcendentium revulſioni non parum inſervient cucurbitulæ circa novilunium cervici, ſcapulis ac brachiis cum ſcarificatione applicatæ. Scio etiam præſtantes in arte viros, his & ſimilibus in contumaci capitis dolore nihil juvantibus, etiam ad ſetacei uſum devenire, quem felicem expertus eſt Fabricius Hildanus cent.4. obſerv. 6. & 7. & alii.

Quod medicamenti genus an etiam aliis nihil proficientibus è re tua tandem futurum ſit, aliorum etiam præſtantium Medicorum judicium ſimul explorabis.

Imprimis verò hic inſigne illud hæmorrhoidum beneficium, quo frueris, ſummoperè ratione capitis ſuſpiciendum venit, utpotè in quo non exigua ſpes ſalutis & auxilii ſita eſt. Hæ ergo ubi juſto tardius aut parcius fluxerint, omnis omnino lapis movendus, ut vel ſubſiſtentes revocentur vel diminutæ fluentes debitam ſanguinis quantitatem excludant. In quem finem imprimis ſibi commendatiſſimum habeat Dominus conſul uſum elixiris mei laxativi, quod ℥ii pondere cum hauſtu cerevisiæ vel frigidæ vel calidæ duabus horis ante cœnam vel prandium ebibere poterit.

Feliciſſimè enim hoc, ſi quod aliud medicamentum non ſolum alvum leniter movet, ſed & hæmorrhoidas imprimis concitat & ad officium redire jubet. Alvus omni tempore ſit lubrica, ſique pigra fuerit ad officium, redigatur medicamento quodam familiari & blando, pilul. ſcilicet angelic. Francofurtenſibus, aut aliis, elixire laxativo, nodulis laxat. cereviſiæ infuſis, imo & ſuppoſitoriis & clyſteribus.

His jam annectenda eſſet conveniens diætæ ratio; ſed quia hanc ſufficienter ſatis ac doctè conſignavit Dn. D. Wolfius in ſuo conſilio diætetico, nolo hic actum agere, ſed potius DEUM O. M. omnis medelæ autorem animitus precor, ut his & ſimilibus medicamentis ex alto clementer benedicat ut in debellando moleſtiſſimo hoc affectu ſanitatiſque exoptatæ reſtitutionis opere ſint perquam efficacia & felicia. Dab. Stetini Menſ. Octobris Anno 1646.

NICOLAUS Schultz D.

℞. *Maſſ. pilul. de Ammoniac.* ℈i.

♀r. *Quercet.*

pill. cochiar. ana ℈ß.

Extract. panchym. Croll. ℈ß.

Reſin. Gialapp. gr. iij.

Ol. anis gt. j. M.

F. Pilulæ No. XVIII.

S. Purgierende Häupt- und Miltz-Pillen.

* * *

℞. *Conſerv. roſar. rubr.* ℥iß.

borrag. bugloſſ.

betonic.

cochlear. ana ℥ß.

Rad. cich. condit. ℥ß.

Cort. citr. cond. ʒiii.

Mithridat. opt. ʒiß.

Conf. Alkerm. ℈iß.

M. c. ſyr. d. ſtœchad.

F. s. a. Electuarium.

D. in fictili.

S. Stärckende Lattwerge.

* * *

℞. *Elixir laxativ. m. d.* ℥i

S. Laxirendes Elixir auff 4. mahl.

* * *

℞. *Flor. roſar. rubr.* miß.

violar. purp.

ſtœch. arabic.

beton. Lavend. ana p. 1.

Ligni Rhod. tenuiſſ. raſp.

Sem. nigell. ana ʒii

Thuris, maſtich ana ʒii

craſſiuſculè conciſſ. & contuſa

D. in charta.

S. Pulver zum Hauptſäcklein.

* * *

℞. *Conſer. roſ. opt.* ʒvi

Pul. maſtich.

Thur.

Con-

Confect. Alkerm. ana ℈ß.
M.
S.Hauptſtärckung.

* *
*

℞. *Elixir prop. Parac.* ʒiß.
D. in vitro.
S.Stärckender Haupt-Elixir.

* *
*

℞. *Aloës roſat.* ℈iß.
Reſin. Gialapp. gr. v.
♀ri ⊕lat. *gr. iij.*
c. ſyr. domeſtico F.
Pilulæ No. XXV.
S. Pillen auff einmal.

* *
*

℞. *Syr. de Succo violar.* ℥i.
D. in vitro.

* *
*

℞. *Herb. Serpill.*
betonic.
meliſſ.
Salvia
Fl. chamamel ana m iij
Salis mj. *M.*
D. in chartâ.
S.Kräuter zum Fußbade.
NB. Eine Mantel darumb geſchlagen ne evaporationes aſcendant.

* *
*

℞. *Rad. polyp. quer.*
filicis ana ℥i.
Cort. rad. capp. ℥ß.
Herb. Scolopend.
meliſſ.
roſmar.
Cochlear ana mj.
Fol. ſen. s. s. ℥ii
mechoac. alb.
Turbith. elect.
Gialapp. ana ℥ß.
Mann. calabrin. ℥ii
Cort. citri. ʒiß.
Sem. anis
fenicul. ana ʒß.
Cinam. ℈i.
Inciſa & contuſa craſſiuſculè D. in chartâ.
S. Species zum Kräuterbier in ein Achtenteil.

EPISTOLA XVI.

De eodem affectu.

EHrenveſter / Großachtbarer / Wohlgelahrter / inſonders wolgünſtiger Herr Burgermeiſter / deſſen Beſchwerde / ſo viel ich ex relatione ſymptomatum vernehme / iſt ein affectus complicatus, nehmlich ex affectu hypochondriaco ſcorbuto & capitis debilitate ; wiewohl es ein inveteratum malum & ob ætatem radicitus ſich nicht aller Dinge wil heben laſſen / dennoch aber wañ man ziemliche diæt halten und etliche medicamenta ordentlich gebrauchen wird / verhoffe ich durch GOttes Gnade erſprießliche Hulffe und Linderung.

Iſt demnach mein Rath und ſcopus principaliter dahin gerichtet / damit /

I. Das meſenterium à ſaburra humorum gereiniget werde.

II. Viſcerum calida & præterea ſcorbutica intemperies alteriret.

III. Capitis debilitas corroboriret und endlich.

IV. Bona diæta ordiniret werde.

1. Wann er/ geliebt es GOtt/ zu den Seinigen angelangen wird/ auch fleißig alle Frühjahr und Herbſt / ſo ſoll er von dem decocto laxativo ſub litera A am Morgen frühe zu ſieben Uhr nüchtern einen Trunck thun/drey Stunden darauff faſten/ und dann eine Suppe eſſen / wird Nachmittage etwa drey oder vier ſedes darnach haben. Folgende Tage kan er gleicher Geſtalt damit. verfahren / bis es geendiget; Iſt auff 5. mahl gerichtet.

Nota. Wann es wegen ſeiner harten Bewegung nicht genug thäte/ mag er des andern Tages lieber 2. mahl trincken/ als am Morgen und Nachmittage umb 4. Uhr.

II. Hiernechſt ſoll er die folgenden Tage den Syrupum de cochlearia Lit. B. gebrauchen / als des Morgens nur einen guten Römer voll/nüchtern/ und ſich damit bewegen/ wird ſonſten des Nachts hierauff einen ziemlichen Schweiß bekommen. Pro ventriculi autem corroboratione kan der Herr wohl drey oder vier Tröpfflein eſſentiæ galangæ in das Träncklein miſchen. Syrupus iſte poteſt reiterari, ſi placet.

III. Des Haupts halber & quidem pro revulſione humorum ſol er fort das emplaſtrum veſicatorium ſcil. nach geendeten Syrupo de cochlearia eines Thalers groß auffs Genick legen/ und wañ es 7. oder 8. Stunden allda gelegen / und Blaſen gezogen dieſelben aufſſchneiden und ein Kohlblat darüber legen und damit 5. oder 6. Tage offen halten und Abends und Morgens friſche Kohlblätter hinauff legen. Im Frühjahr / Herbſt als auch ante dies caniculares einmahl auff den Schultern oder Genicke zu ſchrepffen / wäre nicht undienlich.

IV. Pro corroboratione autem cerebri ſoll er die Cucupham lit. C. machen laſſen/ und nur des Tages über dem Haupte tragen/ des Nachts mag er es wohl ablegen / ingleichen ſtreiche er etwas von dem RoſenBalſam in die Naſen und Ohren. Andere Medicamenta ex moſcho & ambra tentiren leicht cerebrum.

V. Damit aber hiernechſt das meſenterium rein gehalten und dieſem malo vorgebeuget werde / habe pilulas ſub lit. D. verordnet / von welcher er eine doſin (ſeyn nur 8. doſes) triduum ante plenilunium anderthalb Stunden vor der Abendmahlzeit nehmen / und denn zu Anfang des Eſſens eine Pflaumen-Suppe genieſſen ſoll. Werden folgenden Morgen frühe drey oder vier mahl operiren, da er denn am Morgen

gen frühe des cremoris ♀ri anderthalb Quentlein nüchtern in einer Fleiſchſuppen nehmen ſoll / ſcil. pro abſterſione & calore obtundendo pilularum.

Nechſt dem werden auch dieſe pilulæ die hæmorrhoides, quæ ſanè in hoc caſu multum juvant, fein offen halten. Die ceremones ♀ri mag er nach ſeinem Belieben in der Woche ein oder zweymahl gebrauchen.

Wie er dann auch das veſicatorium poſt plenilunium nicht ſtets im Genicke ſondern auch nur auff den Arm auffs dicke Fleiſch legen kan / obgedachtem modo nach. Letzlich in der diæt wolle er ſich hüten für feiſten Speiſen / Kohl / Speck / Erbſen / Oel und dergleichen unverdaulichen Eſſen / wie auch für hitzigem Getranck / als Brandwein und Spaniſchen-Wein; Ein Trunck Land- oder Rheiniſcher-Wein iſt ihm wohl erlaubet. Ins Bier kan er Meliſſen und Hirſchzungen verjehren laſſen / doch daß es nicht zu ſtarck ſey und viel Hopffen habe.

Poſt cœnam pro corroboratione ventriculi, & ne vapores ad cerebrum aſcendant, kan er einer Haſelnuß groß ex conſerva roſarum Ⓞlata nehmen / das Häupt wird der Herr für feucht und kalte Lufft gebührlich bewahren / und motus corporis ihm zu weilen machen. Dieſes dem Herrn zu dienſtfreundlicher Nachricht. Gott verleihe ſeine Gnade und Segen. Signatum Stettin den 2. Novembr. Ann. 1646.

Chriſtoph. Otto Deßler. D.

℞. *Rad. polypod. quer.*
Ireos ana ʒvi.
Cortic. cappar. ℥ß.
Herb. epithym. Miij.
capill. ♀is mj.
Flor. centaur. minor. mj.
Fol. Sen. s.s. ℥iß.
Rad. gialap.
hellebori nigr. ana ʒvi.
Sacchar. candi. ℥ß.
Sem. fœniculi ʒiii.
Specier. Decoct. pectoral.
Mij.
Concis. coq. in diplomat.
in s. q. aq. commun.
Colat. ℞. ℥XVI.
Add.
Syr. roſar. ſolut. ℥ii.
Aq. cinam. ℥ß.

D. in fictili S.

Laxirender Tranck auff ſechsmahl.

*

℞. *Succi cochlear.* ℔iß.
citri recent. ℥iii.
acetos. ℥ii.
meliſſ. ℥i.

Poſt præcipitationem filtrentur per chartam.

Add. Aq. ceras. nigr. ℔ß.
cinam. ʒiii.
Juleb. roſar. ℥iß.

Hhhh *Sac-*

Sacchar. alb. q. ſ. ad.
gratum ſaporem
D. in vitro.
S. Syrupus cochleariæ

* * *

℞. *Rad. Ireos Flor.* ℥iii.
cyper rotund. ℥ß.
Ligni Rhod. ℥iii.
Flor. roſar. rubr. Mij.
anthos Mß.
lavend. p. j.
Styrac. calamit. ℥i.
Groſſo modo inciſa excipiantur bombace in Syndone rub. F. cucupha.

* * *

℞. *Maſſ. pilul. angel.* ℥i.
Diagrid. gr. vj.
Extract. helleb. nigr. gr. iiij.
M. F. Pilulæ parvæ.
S. Miltz-Pillen auff 3. mahl.

* * *

℞. *Balſ. roſar.* ℈j.
D. in pixide eburnea.
S. Roſenbalſam.

EPISTOLA XVII.

Ejusdem argumenti.

Dem Wol-Edlen / Veſten und Hochgelahrten Herrn Baldaſſari Timæo von Güldenklee ꝛc. Meinem Hochgeehrten Herrn und wehrten Freunde. Wol-Edler/ Veſter/ Hoch-Achtbahrer und Hochgelahrter / vielgeehrter Herr und Freund/ Ihm bleiben meine willige Dienſt iederzeit bevor / und wie ich hertzlich Verlangen getragen den Herrn einmahl zu ſprechen / ſo nehme ich meiſtenteils auch dieſe Occaſion darzu/ umb ſeinen Zuſtand zu erkundigen / wündſche daß er und die Seinigen ſich allerſeits in Erträglichkeit befinden mögen. Sonſten mein hochgeehrter Herr / wolle er mir vergönnen/ daß ich aus ſonderbahrem Vertrauen ihm eines vornehmen werthen Freundes Anliegen fürtrage ; Dann er von doloribus capitis hefftig geplaget / wie der Herr aus beygefügten Conſiliis Medicorum alle Umbſtände zu erſehen hat. Wann ich die Gunſt von dem Herrn erhalten könte / ſich zu müßigen / es zu leſen/ und ſein judicium davon zu ſchreiben / ob dieſe Medici zum Ziel ſchieſſen möchten ; Denn es leider alſo beſchaffen/ daß faſt/ (quod tibi dixerim) ein delirium zu beſorgen. Der Herr wird mich ihm zu aller Danckbarkeit obligiren/ Befehle ihn dem lieben Gott und bleibe

Meines Hochgeehrten
Herrn
Dienſtwilliger
allezeit
Paul von Steinwehr.

Bublitz/ 17. Martii 1647.

Dem Wolwürdigen/ Hoch-Edelgebornen / Geſtrengen/ Veſten und Mannhafften Herrn / Herrn Paul von Steinwehr / Fürſtlichen Croyſchen geheimten Rath/ Hauptmann

mann auff Bublitz und Capitularn der Collegiat-Kirchen zu Collberg/ auff Deutz/ Latzkow/ ꝛc. Erbſaſſen/ Meinem inſonders Hochgeehrten Herrn.

WOlwürdiger/ Hoch-Edelgeborner/ Geſtrenger/ Veſter und Mannhaffter inſonders Hochgeehrter Herr. E. W. W. und G. hochangenehmes iſt mir wohl eingehändiget/ hätte auch ſolches alſofort gebührend beantwortet/ wann ich nicht wegen meiner vielfältigen Reiſen davon wäre behindert worden/ zumahl ich eben damahls/ wie mir E. W. W. und G. Schreiben zukommen/ in procinctu geweſen nach Treptow zu S. F. G. **Hertzog Frantz Heinrichen** von Sachſen ꝛc. zu verreiſen und erſt geſtriges Tages allhier wieder angelanget/ werde auch gleich ietzo nach Wollin zum Herrn Feldmarſchall Bannier erfordert/ daß alſo wenig Zeit übrig meines Hochgeehrten Herrn deſideriis ſatisfaction zu geben; Wann aber dennoch E. W. W. und G. ich in allewege mich hoch obligiret befinde/ habe ich nicht unterlaſſen ſollen auch hierinnen in etwas meine Schuldigkeit zu conteſtiren und mein geringes ſentiment über zugeſchickten caſu, ſo viel in der Eylgeſchehen können zu eröffnen/ der affectus welcher dem Herrn Patienten am meiſten beſchwerlich iſt/ wird indigitiret dolor capitis vagabundus, modo occiput modo ſynciput frequenter & per intervalla affligens.

Die Urſachen dieſes affectus belangend ziehen die Herren Medici, ſo hierüber conſuliret worden/ an:

I. Capitis quandam imbecillitatem ex percuſſionibus in juventute perpeſſis contractam.

II. Vitium lienis meſenterii &c. ſive affectum hypochondriacum.

III. Malignitatem ſcorbuticam.

Das erſte wird ex relatione bekant ſeyn/ da dann kein Zweiffel/ quod caput quocunque modo debilitatum ad dolorem cum ab externis tum internis cauſis contrahendum ſit paratiſſimum. Das ander und dritte muß per certa indicia & ſigna diagnoſtica erkant werden/ welche ſonder allen Zweiffel die Herren Medici mit Fleiß ſchon werden unterſucht haben. Ob nun zwar das Haupt von denen in der Jugend erlittenen Schlägen ſehr geſchwächet/ ſetzen dennoch die Herren Medici gar recht/ daß dieſer dolor capitis mehrentheils per conſenſum inferiorum partium, ventriculi nimirum, lienis, meſenterii &c. entſtehe/ quatenus coacervata circa venas meſeraicas & ſplenicas vitioſorum humorum colluvies inſtar vini recentis efferveſcens & ebulliens noxia ſua qualitate capiti vim infert, membranas cerebri lancinat, ſinus & vaſa tendit & pro

mobilitate ſuâ nunc hanc nunc illam capitis partem infeſtat, und weil eine peculiaris humorum corruptela malignitatis ſcorbuticæ particeps ſich dabey ſpüren läſt/ werden die dolores deſto mehr intendiret und geſchärffet/ recurriren auch ſo viel öffter propter capitis imbecillitatem à percusſione, ut ſupra dictum, contractam.

Können alſo die von den Herren Medicis angezogene Urſachen in præſenti caſu gar wol ſtatt haben/ dafern ſich keine andere indicia capitis vel corporis malè affecti dabey befinden.

In via curationis kan anders nicht procediret werden / als, daß man

1. A removendis cauſis den Anfang mache / und vor allen Dingen Sentinam vitioſorum humorum circa hypochondria reſtagnantem, prævia decenti præparatione, blandè & per ἐπίκρασιν ausführe.

Pro humorum peccantium præparatione & alteratione könte das hierbey verzeichnete decoctum numero I. Pro evacuatione aber der Syrupus laxativus. No. 2. gebrauchet werden/ dergeſtalt / daß ad evacuationem primarum viarum ein enema conveniens præmittiret, hernach etliche Tage das decoctum præparans, etliche der Syrupus laxativus und alſo conſequenter eins umbs ander gebrauchet werde / diutius tamen immorando humorũ præparationi quam evacuationi, und könten nur eine doſin decocti allzeit XXV. gtt. eſſentiæ meæ hypochondriacæ mit untergemiſchet werden / habe dieſes in dergleichen affectibus iederzeit ſehr gut befunden/ inſonderheit ſo es eine Zeitlang continuiret wird.

2. Daß nicht allein intemperies calida viſcerum alteriret, ſondern auch Malignitati ſcorbuticæ beſter maſſen reſiſtiret werde.

Welches ob es zwar oben bey dem decocto allſchon in acht genommen/ möchte doch nicht undienlich ſeyn/ daß bey dieſer Frühlingszeit das ſerum lactis caprini cum ſucco fumariæ, cichorii, cochleariæ, naſturtii, betonicæ, Meliſſæ & aliis cephalicis convenientibus & corrigentibus gebrauchet würde.

3. Daß die viſcera hypochondriorum wie auch caput ipſum roboriret werde / und laſſe mir in hoc ſcopo gefallen / Herrn D. Schultzii ſtärckende Latwerge / ſub lit. C. Inſonderheit ſo man von dem Magiſterio perlarum & coraliorum ein wenig darzu thun möchte. Was die extrema betreffen thut / als veſicatoria, ſcarificationes, pedum lotiones &c. können dieſelben pro revulſione zwar nützlich gebrauchet werden / wil aber hiebey wolmeynentlich erinnert haben / daß veneſectio auch nicht allerdings vorbey

zu

zu gehen / præſertim in talo, cujus apertionem in hoc affectu maximè utilem eſſe multiplici experientia conſtat. Potentiſſimè enim, à capite revellit & ſanguinem fœculentum optimè evacuat, zu geſchweigē / daß die hæmorrhoides, quarum fluxus & ratione capitis & lienis admodum ſalutaris hierdurch provociret werden könten / und bin ich gäntzlich der Meynung / daß wann die hæmorrhoides ordinatè flieſſen möchten / der Herr Patient groſſe und merckliche Hülffe davon empfinden würde. Dannenhero mein Rath / weil die Natur vorhin dieſes beneficii ſich gebrauchet / man allen Fleiß anwende / daß ſolche Wege wiederumb eröffnet werden: Könte es per medicamenta nicht geſchehen / müſte man es per applicationem hirudinum zu Wege bringen / und weil iederman damit nicht weiß umbzugehen / wil ich modum applicandi, dafern der Herr Patient dieſes remedium belieben möchte / communiciren, oder ihm einen Chirurgum zuſchicken / welchen ich bisshero bey vielen patienten feliciſſime hierzu gebrauchet habe. Das Setaceum kan tanquam extremum zu fernerer deliberation ausgeſetzet werden. Was endlich convenientem victus rationem & reliqua ad diætam pertinentia betreffen thut / laſſe ich es in allem bey Herrn D. Wolfii hierüber abgefaſſeten Inſtruction bewenden / zumahlen ich auch wegen bevorſtehender Reiſe abrumpiren muß. Bin erbötig ins künfftige / da es begehret wird / dem Herrn Patienten in dieſem ſeinem hochbeſchwerlichen affectu chronico beſten Vermögens zu dienen / von Hertzen wündſchend / daß der allgütige Gott erſreuliche reſtitution und gute beſtändige Geſundheit in Gnaden verleihen wolle. Im übrigen thue E. W. W. und G. neben deroſelben Hoch-Adelichen Hauſe der allwaltenden Beſchirmung GOttes / mich zu deroſelben beharrlichen favor und patrocinio recommendirend verbleibe

E. W. W. und G.

Colberg / 27. Martii 1647.

allezeit Dienſtergebener
BALDASSAR TIMÆUS
von Güldenklee.

℞. ♀ri *albiſſ. ſubtiliſſ.*
pulver. ℥iiß.
Affund.
Aq. fontan. puriſſ. ℔. X.
Coq. usque ad ſolutionem tartari.
In colat. calidâ infunde
Rad. coſti Ægypt. veri & odorifer. ʒvi.
Cichor. polypod.
aſparag.
fœnicul. ana ℥ß.
Herb. fumar.
Scolopendr.
agrimon.

 Ca-

Capill. ♀ris
Chamadr.
meliſſ.
beton.
roriſmar. ana Mj.
Flor. ſtæchad. Arab. p. ij.
roſar. borrag.
bugloſſ. violar.
geniſt. ana p. j.
Cortic. tamariſc.
fraxini
rad. cappar. ana ℥ß.
Sem. fœnic.
aniſi ana ℈iiii.
Paſſular. minor. ℥iii.
Stent infuſa in loco calido per noctem.
Mane coqu. ad remanentiam ℔ iiiß.

Colaturæ hujus.

℞. ℔il. *Adde*
Succi cochlear.
bekabung
naſturt. aquat.
fumar.
cichor. citri ana ℥ii.
Sacchar. albiſſ. ℔ß.
Mixta digerantur in B.
M. tepido per d. & n.

Donec fœces craſſæ in fundo ſubſideant à quibus poſtea inclinatione vaſis liquor clarus ſeparetur & diligenter filtretur.

D. in fictil.

S. Decoctum præparans.
No. I.

***

℞. *Reſid. decocti ſup.* ℔iß.
Fol. ſen. s. s. ʒvi.
Agaric. trochiſcat.
Mechoacan albiſſ. ana ℥ß.
Gialap. Rhabarb. El.
ana ʒiii.
Caſſia lign.
Zingiber. macer.
Galang. ana ℈i.

Mixta ſtent in infuſione loco calido per noctem. Mane coquantur & exprimantur fortiſſime ſub prælo. In colatura diſſolve Syr. roſar. ſolut. ℥ii. Syr. ſplenetici verberii ℥iij.

Aqu. cinam. ℥i. *M.*
D. in fictili S.
Syrupus laxativus No. II.

***

℞. *Elixir. noſtr. Hypochondr.* ℥ß.
Spir. meliſſ. ℈i. M.
D. in vitro. S. Elixir No. 3.

EPISTOLA XVIII.

De dolore capitis & viſus obſcuritate.

BALDASSAR TIMÆUS, von Güldenklee/
DN. CHRISTIANO TIMÆO von Güldenklee.
Fratri unico.
S. D.

Dolorem capitis quem patitur ægra tua, Frater unice, per con-

conſenſum inferiorum partium fieri, recte ſtatuis, quatenus ex hypochondriis ſiniſtro imprimis exhalantes fumi membranas cerebri diſtendunt & ſic dolorem pariunt, qui ipſi ad organa viſus dilati obſcuritatem inducunt.

Malum hoc difficulter curabitur, quia ſaturnium inveteratum & in ipſis quaſi viſceribus radicatum.

Si tamen aggredi hoſtem placet, cautè & non niſi prognoſtico præmunitus, id facias, ſvadeo: Vix enim palmam obtinebis.

Curationem auſpicaberis à communium viarum repurgatione per decoctum noſtrum laxativum inſtituendam.

Hinc per dies ſeptem porriges mane quidem Syrupum aperitivum Mindereri cum aqua noſtra hypochondriacâ, circa veſperam Electuarium noſtrum cephalicum & ophthalmicum æquali pondere mixtum.

Hinc elective purgabis pilulis noſtris cephalicis & extracto ſolutivo; Tandem tincturam ligni ſasſafras cum ſpiritu euphraſiæ per integrum menſem interjectis quandoque catharticis convenientibus exhibebis.

Sed nec topica negliges tam capiti quam oculis applicanda. Capiti quidem conveniens erit emplaſtrum Cechii, Ceratum de betonica unguent. D. alabaſtro & id genus alia; Oculis eſſentia florum cyani vel aqua ophthalmica Prævotii, de quibus in congreſſu noſtro prolixius deliberabimus. Mihi enim non quidem occupatisſimo non vacat; morbus autem hic chronicus facilè indueias feret, præſertim ſub canicula. Vale. Dab. Colbergæ d. XIX. Julii 1650.

EPISTOLA XIX.

De oculorum hebetudine & ſuffuſionis initiis.

Ad Nobiliſſ. & Excellentiſſ.

Dn. JOHANNEM PRIMEROSIUM GALLUM.

Sereniſſ. Electoris Brandenburgici Conſiliarium.

AD profligandam oculorum, quæ Te Vir Excellentisſime, affligit, hebetudinem & ſuffuſionis, quod caliginoſa illa oculis obvolitantia corpuſcula minari videntur periculum, mihi quidem ſalvo aliorum judicio, conſultum videtur, ut Primò corpus à latente cacochymia per vices purgetur pilulis noſtris benedictis, quarum uſum ſæpius expertus es ſalutarem. Poſtea ſingulis matutinis uſurpetur electuarium meum ophthalmicum, quantitate nucis juglandis cum jejunio trium vel quatuor horarum. Veſperi ſub horam decubitus de tragæa præſcripta delibetur quantum cultri

tri cuſpide ter capi poteſt. Idem fiat circa finem paſtus in prandio. Interdum tribus poſt cœnam frugalem horis pilularum de ſuccino deglutiantur undecim ex aqua fœniculi aut vino tenui.

In victu vitentur cibi craſſi & concoctu difficiles, carnes fumo ſiccatæ vel in muria maceratæ exta & extrema animalium, piſces, legumina lactucæ, piſa, braſſica, allium, cepæ, lac, mel, acetum, vinum generoſum & vaporoſa omnia quæ caput replent. Oculi cuſtodiantur ab aere frigido, vento, fumo; Exulet venus & ebrietas animique affectus vehementiores.

℞. *Electuar. nr. ophthal.* ℥iii.
Cephalic. ℥ii.
Conditur. nucis Ind. ℥ß.
myrobalan. cheb. ʒvj.
Pulver euphras ℈iiii.
cubebar. ʒj.
Eſſent. roriſmar. ʒiß.
Medull. nuc. Ind. cond. ʒij.
Syrup. de beton. q. s.
M. F. electuarium
D. in fictili.

S.
Lattwerge.

℞. *Maſſa pil. de Succino craton.* ʒij.
ol. fœnicul. gtt. vij.
M. F. pilulæ No. LXVI.
Deaurentur
D. ad Scatulam.

S. Börnſtein Pillen auff ſechsmahl.

℞. *Fol. euphraſ. ſ. flor.* ℥ß.
Sem. coriandri acet. præpar. ʒiij.
fœnicul. ʒiß.
Carui ℈iiß.
Cinam. acutiſſ. ʒj.
Nuc. moſchat. ℈iiii.
Pellicul. inter ventricul. gallinar. ℈ij.
Rotular. man. Chriſti ℥iiiß.
ol. fœnicul. gtt. XI.
Carui gtt. vij.
nuc. moſchatt. gtt. v.
M. F. tragæa.
D. ad Scatulam S.
Pulver auff etlichemahl.

EPISTOLA XX.

De vomitivorum in affectibus oculorum noxâ.

Ad eundem.

VOmitivum, quod petis, Vir Nobiliſſime, præſcribere vereor ob oculorum ægritudinem, de quâ hodie mihi obvius iterum conquerebaris. Sunt enim vomitiva omnia oculis nocentiſſima, adeò, ut quidam ex uſu eorundem videndi imbecillitatem, quidam omnimodam cœcitatem contraxerint ut inter alios celeberrimus Magni Ducis

cis Hetruriæ Medicus Vidus Vidius annotavit & in ſeipſo expertus eſt. Præterea illis qui difficulter vomunt & anguſti ſunt pectoris, minus tutò exhibentur ob cauſas heri a me allegatas:

Facile enim fieri poteſt ut violentiore pectoris motu venula aliqua in pulmonibus rumpatur, ulcusque & conſequenter phthiſis excitetur, id quod multis eveniſſe experientia teſtatur; nec video, quid urgeat, aut cur tantopere emetica expetas.

Vomitu ea tantùm evacuantur quæ in ventriculo & primis viis hærent; Atqui hoc ipſum commodius & longe tutius pharmaco alvum ducente expedire poterit. Mittam hoc fine ſub auroram craſtini diei laxativum nobile & tuæ quidem conſtitutioni convenientiſſimum. Interea ſub decubitum aquam digerentem ebibas, bene dormias & melius, DEO auxiliante, valeas. Raptim ex Muſæo meo Colbergæ d. XII. Sept. Ao. M. DC.LVI.

EPISTOLA XXI.

De viſus imbecillitate & Ardore Stomachi.

Reverendo & Doctiſſ.

DN. JOHANNI TIDÆO, Aulæ Crangenſis Paſtori.

BALDASSAR TIMÆUS, von Güldenklee.

S. P. D.

DEbebam, fateor, Reverende Vir, Amice deſideratiſſime, ſcriptionis raritatem prolixitate compēſare, niſi expediendorũ moles, quâ publico privatoq; nomine quaſi obruor, prurientem in multa calamum reſtringeret; ſpero tamen amori inter nos à longis annorum curriculis mutuo nihil inde derogatum iri, quem ſtabilem & perpetuum ex mea quidē parte ſpondeo, de tua, Amice integerrime conſtantia & fide ſecuriſſimus. Doleo autem, Vir Doctiſſime, lumen oculorum tuorum adeo maturè & ante annos hebeſcere viſumq; debilitari, cum ſexagenario longè minorem vel ex mea ætate, qui nuperrimè quadrageſimum nonum ſuperavi, te æſtimem. Sed forſan lucubrationibus nimis indultum eſt oculis & cerebro admodum noxiis: Ab his ut abſtineas non minus ac à lectione & meditatione, quæ mox à ſumpto cibo ſuſcipitur, moneo, uſumq; euphraſiæ, quæ quocunque modo ſumpta, viſum mirificè reficit, commendo. Sicca poteſt in pulverem redigi & cum ſemine fœniculi Saccharoq; miſceri, ſæpiusq; tam manè & veſperi, quàm poſt prandium & cœnam ſumi: Recens vel aliquantulum in umbra ſiccata cereviſiæ recenti commodè infunditur, ut cum eâ deferveat, poſteaq; loco potius ordinarii uſurpetur. Contra ardo-

 rem

rem ventriculi (vulgo der Soodt) tranſmitto morſulos, quorum urgente humoris bilioſi ebullitione unum delibabis.

Rectius tamen feceris, ſi cholagogum aliquod conveniens tempore verno & autumnali præmiſeris. Ablatâ ſiquidem cauſâ tollitur effectus. Conjux Dn. Thammii, quem officioſè ſaluto, affligitur affectione hypochondriaca ad ſcorbuti malitiam non parum inclinante, morbo ſcilicet Saturnino contumaci, diuturno & difficulter curabili, præſertim cum radices egerit. Poterit tamen malum hoc magna ex parte levari vitaque, Deo annuente, ad plures annos prorogari, ſi convenientibus medicamentis, qualia ex tua recommendatione omni fide & induſtria præſcripſi uſa fuerit, obſervato ſimul decenti victus regimine. DEUS Conatibus noſtris clementer benedicat, cujus tutelæ & Te, Vir amiciſſime, commendo, meaque ſtudia commodiori tempore prolixius conteſtanda defero. Scribo occupatiſſimus Colbergæ d. XVIII. Mart. Anno M. DC. XLIX.

℞. Cretæ cum aq. roſar.
ter. lot. ʒii.
Oculor. cancr. pr. ʒi.
Nuc. moſchat.
Poli Armen. ana ℈iß.
Coral. rubr. pr. ℈i. *gr. v.*
Margarit. pr.
Cinam. groſſo modo inciſ.
ana ℈ß.
Maceris torrefact.
Croci
Lapid. carpion. ana gr. Vii.
Sacchar. in aq. roſ. ſol. ℥iii.
M.
F. ſ. a. morſuli.
D. in Scatula
S.
Morſellen vor den Soodt.

* * *

℞. *Pulv. Rhabarb. et.* ℈iß.
Flor. Scammon. gr. v.
ol. roſar. veri gt. i.
M. D. in capſula
S. Pulvis cholagogus.

EPISTOLA XXII.

De diuturna ad oculos defluxione eorundemque rubedine & imbecilli viſione.

Ad Nobiliſſ. & Excellentiſſ.

DN. FRIDERICUM RUNGIUM,

Sereniſſimi Electoris Brandenburgici Conſiliarium intimum & Pomeraniæ Orientalis Cancellarium.

Ampliſſimum Dominum Cancellarium laborare defluxu humorum calidorum, bilioſorum, ſalſorum, ſeroſorum & acrium ad oculos, à quibus oculi ſæpe inflammantur cum dolore, rubore, lachry-

chrymarum fluxione & palpebrarum moleſtâ conglutinatione, adeoque viſionis ingenti læſione, imminutione & depravatione, res eſt ſatis manifeſta & alienis etiam oculis expoſita, Diuturna eſt hæc defluxio & inveterata, adeoque vehemens, ut non ſolum vicinas partes externas circa oculos, ſed etiam internas in cerebro occupet, ſicut varia teſtantur indicia. *Malum* ipſum in principio credo fuiſſe per Sympathiam partium ventris inferioris, quas primæ & ſecundæ coctioni natura deſtinavit, ſucceſſu verò temporis adeò oculos & cerebrum debilitavit, ut jam ferè idiopathicum dici mereatur, quamvis adhuc foveatur a primo fomite. Cauſa proxima, uti jam dictum, ſunt humores, partim copia, partim qualitatibus primis & ſecundis peccantes, quibus naturam ad excretionem ſtimulant. Cauſam antecedentem colloco in ſanguificatione læſa, partim per ſe ab epate & corde præcalido, partim in errore externo in aſſumptione ciborum ſalſorum & acrium potusque fortioris & vaporoſi commiſſo.

Poſtquam enim ante ſexennium Ampliſſimus Vir diuturno eoque graviſſimo morbo decubuiſſet, qui cum febri maligna incepit & per integrum annum variis hypochondriacis ſymptomatibus corpus confecit, arbitror tum temporis ſtatim viſcera ipſius valdè fuiſſe debilitata & calefacta, ut loco ſanguinis boni multos excrementitios humores generaverint, quos natura poſtea ad oculos (forſan à natura & lucubrationibus aliiſque cauſis ſatis debiles) ablegavit. Externas cauſas omnes enumerare nolo, quia plures ſunt, quam homini publicis negotiis deſtinato & inter civiles ſtrepitus verſanti declinare ſemper licet. Utut autem hoc malum ſit pertinax, curatu difficile & diuturnum; Cenſeo tamen Dominum ægrotum ab eo liberari poſſe, ſi obedientiam legibus medicinæ debitam præſtiterit, fidelemque, indefeſſum & prudentem nactus fuerit Medicum.

Curationis cardo volvitur in ſequentibus regulis univerſalibus.

Primò procurandum, ut humores vitioſi, qui jam adſunt, ex corpore quantocyus exturbentur.

Secundò præcavendum, ne denuò generentur humores ejusmodi excrementitii acres & ſalſi & bilioſi.

Tertiò cerebrum & oculi confortandi & roborandi, ne adeò facile humores vitioſos recipiant.

I. Primum ſcopum quod attinet, eo collimandum eſt, ut maturius ejusmodi humores vitioſi ex corpore propellantur præmiſſa nonnullâ eorum præparatione & attemperatione.

Hoc fit 1. Medicamentis modicè refrigerantibus hepar & cor alterantibus, quales ſunt radices cichor. ſcorzoner. fœnicul. recent. euphraſ. Capill. ♀. Fumar. betonica, paſſulæ minores ſpir. ⊕li.

2. Evacuantibus per alvum qualia ſunt folia Senæ, Rhabarb. Jalapp. Trochiſci Alhand. quæ ſæpius reiteranda, ne corpus nimium turbetur & incaleſcat.

3. Evacuantibus per ſudores, quos per integrum menſem continuandos eſſe cenſeo in conclavi & quidem per decoctum ſarſæparill. cum pauco ligno ſancto vel ſaſſafr. additis appropriatis.

4. Evacuantibus per urinas, quæ poſt ſudores per Spiritum & tincturam ♀ri radicesque & herbas appropriatas adhibenda veniunt.

5. Materiam ad oculos proximè affluentem divertentibus ad loca vicina. Hic fonticulus, quem habet Ampliſſimus Dominus magni eſt uſus, ſvaderem tamen, ut adhuc unum in pede dextro ſibi affligi curet, quo partes etiam inferiores liberentur ab excrementis. Revocandus etiam eſt uſus veſicatoriorum cum dexteritate & prudentia; Imprimis ſuadeo perforationem auricularum, quæ poſtea per tempus fere longum radice hellebori aperta ſervanda eſt.

Atque his omnibus auxiliis ſi pertinaciter inhæreat Medicus, prudenterque eorum uſum continuet, non dubium eſt, corpus fore purius & ab excrementis liberum.

II. Accedat tamen, neceſſe eſt, ſtatim alter ſcopus. Etenim quid juvabit corpus mundificare & ſubinde novis excrementis conſpurcare? Conſiſtit autem totum hoc negotium in accurata & cum animi quadam obſtinatione obſervatâ diæta; quæ conſiſtit in ſequentibus, quas Medici ſex res non naturales vocant.

1. Aer ſit temperatus & purus, expers fumi, pulveris & ventorum, non ſit obſcurus, nec tenebricoſus, non æſtuoſus, frigidus, nebuloſus, nivoſus.

Propius igni aſſidere, alba, rubicunda & ſplendida, radios ſolares aut ab iis illuſtrata, aut alia nimis lucida intueri nocet.

2. Cibus concoctu ſit facilis & panes triticei & ſiliginei cum juſta fermenti & ſalis quantitate bene cocti, ova tremula, piſces petroſi, molles & friabiles, caro agnina, vitulina, vervecina, bubula junior, leporum juvenum & capreolo-

olorum caro, non prohibetur: Caro volucrum Sylveſtrium & omnium augeſcentium magis, quam ſeneſcentium, & animalium in ſiccis locis degentium magis, quàm in humidis & paludoſis, concedi poteſt. Condiantur nuce moſchata, cinamomo, euphraſia, fœniculo Satureja, rore marino, majoranâ, Salvia. Peculiari autem vi oculis nocere ſolent & propterea vitanda, allium, cepa, raphanus, nimietas ſalis, lac & lacticinia, caſeus, piper, ſinapi, piſum, lentes, olivæ dactyli, caſtaneæ, ſemen cannabis, braſſica, omnia corrupta, putrida, frixa, panis non bene coctus, caro bubula vetus & crevina, caro ſuilla & columbarum vetuſtarum, farcimina & omnia vaporoſa, acria & quæ caput replent ac feriunt, aut in bilem facile mutantur, oculis nocent. A potu multi vini, præſertim meracioris itemque muſti abſtinendum. Vinum ſi bibendum, rarò id fiat & modicè & Rhenanum bonum vel Francicum vel ejus loco decoctum hordei vel cinamomi cum fœniculo uſurpandum. Cereviſia ſit clara, bene defæcata, non adeò multo lupulo referta. Interdum ſalviâ & roremarino condita. Aceti uſus ſit parcus. Poſt cibum conveniunt, quæ vaporum ad caput aſcenſum prohibent; diu autem & ultra conſuetum tempus jejunare nocet.

3. In excretis & retentis hæc obſervantur; Repletio omnis vitetur, maximè ventriculi, ut alvus ſemper ſit aperta & fluidior curandum. Venus immodica vitanda: Nam non ſolùm calorem nativum diſſipat, caput & nervos lædit; Sed imprimis oculis damnum inferre ſolet. Capilli ſæpe ſunt tondendi, ſi multi ſint, & caput gravent.

4. Vigiliæ & lucubrationes nocent. Somnus autem, excipe meridianus, utilis eſt; quia in ſomno oculi non moventur, nec lumen admittunt atque ita humores ad ſe non attrahunt; ſed caveat æger ne calceatus nec pronus, ſed potius elevato capite & ad latera in locis non humidis caliginoſis dormiat.

5. Motus vehemens inprimis poſt cibum nocet. Poſt cibum intentè cogitare & ſerio ſermone uti aut graviora negotia tractare (ne materia aut motu aut loquela ad caput attrahatur) Subtus crebrius proſpicere, legere ſcripturas minutiores præſertim ad lychnum, hæc omnia non conducunt.

Moderata autem corporis exercitatio & inprimis deambulatio ad prata amœna tempore æſtivo circa veſperam & ante cibum non prohibetur.

6. Tandem animi affectus omnes immoderatiores, & metus, triſtitia, gaudium effuſum, inprimis ira & terror vitentur, quia movent humores & præcipitant ad loca affecta.

Quia tamen impoſſibile eſt homini liberali & politico ſemper ex æquo diætam obſervare, ſed interdum errores nonnulli committuntur, ſedulò cavendum, ne ſæpius id fiat ſtatimque poſt commiſſos errores, ventriculus & hepar ab excrementis liberentur, quod partim pilulis Francofurtenſib. vel marocoſtin, vel aliis appropriatis, partim etiam abſtinentiâ & ſequentis cœnæ vel prandii moderatione fieri poſſe puto.

III. Tertium Scopum aſſequemur. 1. Diætâ jam propoſitâ fideliter obſervata. 2. Familiaribus quibusdam medicamentis frequenter & tantum non quotidie tam internè quam exte[illegible]è ad roborandos oculos ipſumque cerebrum adhibendis, quorum formulas ſeorſim exhibui.

Ampliſſ. Excell. T.
Obſervantiſſ.
Martinus Weisius, D.
Sereniſſ. Electoris Br.
Archiater.

Idem ad Eundem.

SO bald der Herr Cantzler nach Hauſe (darzu ich Glück und GOttes Geleit wündſche) gelanget/ kan er das Knöſplein mit lit. A gezeichnet laſſen zurichten / ſolches in ein Quart gelinde klar Bier über Nacht hengen und von dieſem Bier alle Morgen zum Frühſtücke / welches ſehr geringe ſeyn muß/ einen guten Trunck trincken / hernach vier guter Stunden darauf faſten und/ wo es nicht gnug operiret / zu Anfang der Mittags-Mahlzeit noch einen Trunck thun / ſo wird es gnug operiren; Solches kan des andern oder dritten Tages wiederholet werden.

2. Hierauff läſſet der Herr die Wurtzeln mit B. gezeichnet in drey Nöſſel Hünerbrühe kochen/ ſo lange daß ein Quart übrig bleibt. Von dieſer Brühe ſol er vier Morgen an einander ein Tiſchbächerlein voll austrincken / vorher aber von dem Spiritu auch mit B. gezeichnet / zehen Tröpfflein darunter miſchen. NB. Die Brühe muß friſch und gut und nicht ſehr geſaltzen ſeyn.

3. Nach dieſen vier Tagen muß der Leib noch einmahl entweder durch das hieſige Purgier-Pulverlein/ oder durch die Purgier-Pillen mit lit. C. gezeichnet/ plenius gereiniget werden. Sie werden des Morgens in einem Viol- oder Hundebeerſafft genommen und biß an die fünffte Stunde darauff gefaſtet obſervatis obſervandis.

4. Darauff ruhet er des folgenden

den Tages und brauchet nur etwas von dem electuario confortante.

7. Den 24. ejusdem kan der Anfang mit Brauch des verordneten decocti und ſtillicidii oder Tropfffalls gemachet werden / folgender Geſtalt: Nehmet von denen hierzu verordneten Speciebus fünff Hand voll / thut ſie in einen neuen glaſierten groſſen Topff/ gieſſet rein Waſſer darauff etwa 8. oder 9. Stoff/ laſſet es feſt und wohl zugedeckt kochen / biß es 2. Queerfingerbreit eingeſotten / ſeiget es durch ein reines Tüchlein / und gieſſet es in ein kleines Fäßlein / welches unten ein Röhrlein hat. Setzet dieſes Fäßlein mit dem warmen Waſſer oben auff den Boden über der Stuben / in welchem ein Loch gebohret iſt / da das Röhrlein hindurch gehen könne / machet alsdenn das Röhrlein auff und laſſet das Waſſer allgemach von oben herab auff das Haupt treuffeln / etwa eine halbe Stunde lang / ie höher es fället / je beſſer iſt es. Es muß aber die Frau unter dieſem Tropfffal in einer Wannen oder Schweiß-

kaſten

kaſten ſitzen / welcher zuvor mit heiſſen Steinen oder eiſernen Kugeln warm gemachet und oben feſt zugedecket iſt / alſo daß nur allein das Haupt heraus ſtehe und der Leib nicht kalt werde. Auch ſol ein Krantz von Eyſenhart / Verbena genant / gemachet und umb das Haupt geleget werden / damit das herabfallende Waſſer nicht ſo bald verflieſſen möge. Eine halbe Stunde zuvor ehe ſich die Frau in die Wannen ſetzet / ſol ſie allemahl von dem verordnetem decoct etwa vier Untzen fein warm austrincken / und ſolches als vom 24. Septembr. biß auff den erſten Octobris alle Tage fleißig continuiren.

8. Alsdann kan die Frau 2. Tage lang ruhen und nichts gebrauchen.

9. Den 4. Octobris ſollen die verordneten Haupt-Pillen wiederumb / wie vorhin eingenommen werden.

10. Von dem fünfften biß auff den 24. Octobris ſollen wiederumb das decoct und ſtillicidium gebrauchet werden / doch kan die Frau den ſechſten Octobris überſchlagen / weil alsdenn eben der neue Mond einfället.

11. Den 26. Octobris ſollen die Haupt-Pillen zum dritten mahl gebrauchet / und alſo dieſer Curation ihre Endſchafft gegeben werden.

12. Immittelſt wird die Frau alle Tage / ausgenommen / wenn ſie purgiret, von der verordneten Lattwerge etwa eine Stunde vor dem Abendeſſen drey groſſe Meſſerſpitzen voll einnehmen.

13. Bißweilen wird die Frau von den verordneten Sternküchlein 2. oder 3. in den Mund nehmen und daran keuen / biß ſie einige Feuchtigkeit im Munde vernimmet / welche ſie allgemach auswerffen und immerzu wieder an den Küchlein keuen / biß ſie nichts mehr an ſich ziehen.

14. Von dem verordneten Pflaſter kan der anweſende Chirurgus bißweilen ein wenig hinten in den Nacken legen / die Blaſen / welche es zu machen pfleget / öffnen / und mit grünen Kohlblättern / welche mit Butter beſtrichen / gebührend verbinden / wie ihm ſolches wol bekant iſt.

15. Auch kan die Frau zum öfftern warme Fußbäder von Majoran / betonica, Meliſſen / Salvei / Camillen / Iſop / Lavendel und andern Kräutern / welche dem Haupt dienlich ſeyn / gebrauchen.

16. Hierbey wird ſich die Frau einer guten und geſunden diæt befleiſſigen / Inſonderheit alles meiden / was dem Haupt ſchädlich und viel Dünſte und Blähungen verurſachet / was in der Pfannen mit Butter gebraten / was ſehr fett iſt / alles was mit Zwiebeln / Knoblauch oder Merrettig zugerichtet iſt ; Item

Milch

Milch und Milchſpeiſe / Kohl/ Rüben / Erbßen / rohes Obſt und dergleichen. Die Speiſen ſollen mit Gartenkümmel / Roßmarien/ Majoran / Thimian / Creutzrauthen/ Dille ꝛc. zubereitet werden. Das Getränck ſoll nicht zu hitzig oder ſtarck von Hopffen ſeyn / auch kein ander Wein/ als Rheiniſcher bey der Mahlzeit gebraucbet werden. Bey ungeſtühmen / böſen kalten oder naſſen Wetter / wird ſich die Frau nicht an die Lufft begeben / ſondern im Logament verbleiben/ und ſonſten in allem beſter maſſen ihrer Geſundheit pflegen / worzu der allgütige Gott Glück und Segen verleihen wolle / deſſen allwaltenden Beſchirmung / Meine Hochgeehrte Frau Ich hiermit treuligſt empfehle/ verbleibende.

Deſcriptio Medicamentorum.

℞. *Decoct. nr. laxat.* ℥ij.
Pulv. fol. Sen. gr. XV.
Cremor. ♀*ri,* ℈j. *M.*
D. in Poculo S.
Laxirendes Träncklein auff 1. mahl.

℞. *Aq. meliſſ. beton.*
Serpill. hyſſop.
Fœnicul. ana ℥iij.
Syr. D. beton. ſtæchad.
D. hyſſopo. ana ℥ij.
Oxymel. ſimpl. ℥j.
Eſſent. roriſmar.
Salvia ana ʒj.
M. D. in Vitro.
S. Digeſtiv auff etliche mahl.

⁂

℞. *Maſſ. pilul. mear.*
cephal. ʒj.
Extr. panchym. Croll. ℈iß.
Ol. ſtillat. nuc. moſch.
gtt iij.
m. *c. Syrupo de beton. q. ſ.*
F. pilulæ No. XXXiij.

D. ad Scatulam.
S. Haupt-Pillen auff 3. mahl.

⁂

℞. *Rad. pæon* ☾ *decreſcent. collect.*
Coſti Ægypt. veri ana ʒvi.
Fœnicul. Angelic. ana ℥ß.
Viſci querni ʒiij.
Herb. meliſſ. beton.
Serpilli, verben.
roriſmar.
Carduiben. ana m℥.
Flor. Stæchad. Arab.
tunic. violar.
roſar. tiliæ
lavendul.
lil. convall. ana p. 1.
Sem. Siler. montan.
fœnicul.
Curui ana ʒij.
Paſſul. minor. ℥ij.

Inciſa & conquaſſata coqv. ex ſ. q. aq. ſimpl. in diplomate, Colaturæ, ℞. ℔ iij. Add. Syrupi de beton. d. ſtæchad. ana ℥ijß. hyſſop. meliſſ. ana

ana ℥j Mixta digerantur in B. M. tepid. donec fæces craſſæ in fundo ſubſideant, à quibus poſtea inclinatione vaſis liquor clarus ſeparetur & diligentiſſimè per chartam emporeticam filtretur.
Add. Spirit. cephal.
Auguſtan. ℥j.
Eſſent. ſalv.
rorismar. ana ℥ß.
M. D. in vitro
S. Decoct.
℞. *Fol. lauri* ℳiij.
Fol. Rorismar. ℳij.
Origani, rutæ
Serpill. agrimon.
malvæ ana ℳj.
Flor. Stæchad. Arab.
lavend. Salviæ
lil. convall.
tiliæ ana ℳjß.
Chamæmel.
melilot. ana ℳj.
Rad. althææ ℥j.
pæon ʒvj.
Sem. Lini ℥jß.
carui, cumini,
anethi,
fænigræc. ana ʒvj.
Baccar. lauri. ℥ij.
Juniperi ℥iij.
Incidantur & contundantur groſſo modo
D. ad chartam.
S. Species zum Tropff-Fall.
℞. *Elect. nr. cephal.* ℥iiij.
Conſer. rorismar.
beton. ana ℥jß
Condit. nuc. Indic. ℥j.
Med. nuc. Ind. condit. ʒij.
Cubeb. ʒiij.
Species. Diambr. compl. ʒij.
Eſſent. rorismar.
Salviæ ana ʒij.
Brodii nuc. Ind. cond. q. s.
M. F. Electuarium
D. in fictili.
S. Lattwerge.

℞. *Rad. pyrethri* ʒj.
Cubeb. nuc. moſch. ana ℈ij.
Zing. alb.
Cardamomi ana ℈j.
M. F. pulvis ſubtiliſſimus qui cum maſtiche in mortario calido diſſolut. redigatur in formam trochiſcorum.
S. Sternküchlein.
℞. *Emplaſt. veſicatorii*
Riveri ℥j.
F. Magdaleon.
S.
Pflaſter.

EPISTOLA XXXIV.

De doloribus dentium

Nobiliſſimo & Excellentiſſ.

DN. BALDASSARI TIMÆO von Güldenklee/ MARTINUS RUBACH.

S. P. D.

Ex eo tempore cum à vobis dis-

diſceſſi, cætera, ſanè ſanum penè inſanum fecit dentium dolor adhuc perſeverans; Peto itaque expertum aliquod remedium. Multa quidem hactenus & interna & externa tentavi; Sed fruſtra omnia & ſine juvamento: Licet enim quandoque remittat, ſubinde tamen recrudeſcit malum non ſine notabili virium languore. Quæſo iterũ liberet me ab hac carnificinâ. Libellum Excell. Tuæ transmiſi Illuſtriſſimo Domino Palatino; Alterum exemplar mecum Warſoviam accipiam, per occaſionem ipſi Regiæ Majeſtati exhibiturus, cum tali commendatione, quæ ſincerum amicum decet. Sicubi honoribus & emolumentis Excell. Tuæ eo, quo Dominus DEUS me conſtituit loco, quomodocunque prodeſſe potero, faciam libens.

Interea pro ſalutari illa chariſſimæ meæ filiæ præſtitâ operâ, gratias ago, nec quicquam optarem magis quam Excell. Tuæ præſenti conſpectu frui, ejusque dulciſſima collocutione inter ſollicitudines & labores quandoq; refici.

Pacem quidem optavi & quietem annis valetudiniq; meæ congruam, ſed ecce nimbi negotiorum pluunt, quorum necdũ finem video; Ita nimirum fatis ducimur, ne inviti trahamur. Statum veſtrum ſæpe rumor ita compoſitum, ut turbatiorem eſſe non expediat. Remedium prope erit ἄνωθεν. Mortes interveniant; alioqui rara poſt ſubdola bella ſincera pax. Audio mihi imputari, quod plus præſidiariorum inductum. Mentiuntur nequam homines; Quæ me non tangunt, illis me non immiſceo. Impetret rogo copias literarum mearum ad Illuſtr. Baronem Handelium, ut me eximere poſſit iſti calumniæ, quam cœteroquin non admodum curo ſecurus conſcientiæ.

Ego in aulam Regiam brevi iterum abiturus ſum, ac proinde Excell. Tuæ hiſce valedico, ejusque erga me amori & amicitiæ filiam meam commendo, obnixe rogans ſæpiusculè ad me ſcribat, & deſiderata ocyus transmittat. Vale Dab. in prædio Regio Hammer poſtrid. diei Martini natalis mei LII. Anno M.DC.XXIX.

Viro Magnifico & Nobiliſſimo

DN. MARTINO RUBACH.
Sereniſſ. Reginæ Poloniæ Conſiliario

Domino & Fautori ſuo obſervandiſſimo.

BALDASSAR TIMÆUS, von Güldenklee.

S. P. D.

S. P. D.

DEntium dolor qui M. T. adeo lancinat, meo quidem ςοχασμῷ ab humore ſeroſo, ſalſo & acri circa nervulum in radicibus dentium & membranam eorundem internam hærente dependet. Is ante omnia tollendus. Commodè hoc fiet uſu pulviſculi his incluſi, qui peculiarem humores ſeroſos etiam à partibus remotioribus expurgandi vim obtinet: Sumitur ex hauſtu cereviſiæ calidæ cum jejunio quatuor horarum & cuſtodia. Pro particulari evacuatione errhinō, quod mitto, naribus per vices immittatur. Revulſionis gratia cervici & brachiis cucurbitulæ applicentur & pone aurem partis affectæ emplaſtrum veſicatorium Riverii. Modum chirurgus, quem M.T. penes ſe habet, bene novit. Ad materiam quæ influxit, diſcutiendam, & dolorem leniendum proderit tinctura mea odontalgica, ſi cum goſſypio dentibus dolentibus imponatur, ſæpius repetendo.

Laudantur hinc inde à practicis vel ſexcenta alia, ſed pauca ex his famam ſuſtinent. Si placet poterit experiri ſotirellam parvam Mindereri cujus uſum ſæpè ſalutarem deprehendi etiam in me ipſo. Inſtar omnium ſunt tibiæ ranæ terreſtris à carnibus probè mundatæ, quas pro ſecreto & certo remedio habeo. Cæterum quod ſtudia mea non ſolum Viris magnis & Illuſtribus, ſed & Regibus commendare allaborat M. T. adfectu magis fieri video, quam merito, tenuitatis meæ bene mihi conſcius; Veneror tamen ſingularem hanc benevolentiam ejusque cultum & memoriam obſequiosè ſpondeo.

Pro opella filiæ M.T. nuperrimè præſtitâ non eſt quod agat gratias; feci quod debui, nec porro valetudini ejus nondum ſatis obfirmatæ, quantum in me eſt, conſulere deſiſtam, DEum precatus unicum hoc SenectutisTuæ ſolatium diutiſſimè ſervet.

Quod præſentia mea & colloquio frui eodemq; refici M.T. deſiderat, ex eo iterum adfect9 in me elucet ſoliditas, in cujus jucundo certamine Lyrici Romani verbis;

Tecum vivere amem tecum obeam
libens.

Verum cum locorum divortiis ſeparemur, jungamur animo & hujus interprete calamo, in quo equidem nunquam defatigabor.

De ſtatu noſtro rectiſſimè ſentit M. T. Eſt enim verè turbatiſſimus, ut, niſi Deus medicinam fecerit, ſtare nobis vix licitum in hoc loco. Scil. ut aquæ omnes & flumina in mare feruntur, ſic totam malorum colluvies ad nos, qui ejus accolæ.

Calumnia de aucto præſidiariorū noſtrorū numero mordaci fum9 in igne eſt & jampridem exſpiravit, longè aliter ſentientibus, quibus M.

T. perſpectus eſt candor & integritas. Itineri, quod in aulam Regiam M. T. brevi ſe ſuſcepturam ſcribit, Viales propitios apprecor meaque officia M.T.quovis tempore & loco prolixius conteſtanda defero. Dab. Colbergæ die XXII. Novembr. Anno M. DC. XXIX.

EPISTOLA XXXIII.

De Odontalgia pertinaciſſima.

DN. BALDASSARI TIMÆO von Güldenklee.

Fratri unico.

CHRISTIANUS TIMÆUS V. G.

Salutem & Amorem.

CRucianos optimos eſſe Chriſtianos aſſiduè inculcant Theologi; Quod ſi ita eſt, uti non dubito, næ magnus ego ſum Chriſtianus, qui totam hucusq; vitam inter ſentes & ſpinas adverſitatum duxi necdum levaminis quicquam ſentio. Ut enim, quæ antè paſſus ſum mala non memorem, morbi conjugis graviſſimi argumento ſunt, de quibus alias actum.

Hoc anno dentium dolor miſeram adeo divexat, ut longius ſuſtinere impoſſibile videatur. Sub noctem fere malum recrudeſcit, nunc dextram, mox ſiniſtram maxillam crudeliter lancinans aures etiam & anteriora faciei in conſenſum trahens. Doloris acceſſum plerumque gravis anxietas & ſcotomia præcedit.

Hæc tibi, mi Frater, etſi occupatiſſimum non neſciam, recenſere conjugii fides jubet, ut ſi præter hactenus adhibita rectius quid conſulere placuerit, id per Dn. Telemannum harum exhibitorem & literis me doceas, & reipſa, ſalutari ſcilicet medicamine ſubvenias. Cucurbitulas, veſicatoria, collutiones oris &c. adhibui ſæpius ſine effectu.

Laudanum opiatum forma turundæ cavo denti inditum vel vini ſpiritu ſolutum profuit, quamdiu dentibus hæſit, remotum docuit, palliativum eſſe remedium.

Heri decocto laxativo tuo purgata eſt clementer & ſufficienter, ſed nullo notabili commodo.

Nihil enim remiſit dolor. Interim vires doloribus & vigiliis perpetuis non parum minuuntur morboſiorque indies fit aſpectus. Parentes ablactationem filiolæ annum jam egreſſæ ſvadent, & ego facile conſenſerim, quod longiore & certiore ſomno dolorem minutum iri ſpero. Sed prolixius hæc ſcribo, quam ad Te, mi Frater, debui, quem longa

ga dies pedibus hæc terere perdocuit.

Tu pro tuo in me affectu reſpondere non differes, ſicque cum conjuge & liberis bellè Te diuque valere precor. Treptoæ d. XXVIII. Martii Anno M. DC.LVIII.

DN. CHRISTIANO TIMÆO von Güldenklee/

Fratri dilecto

BALDASSAR TIMÆUS, von Güldenklee.

S. P. D.

O Beatum Te, mi Frater, ſi bonus es Chriſtianus, licèt perpetuus ſis crucianus; noſti enim afflictiones hujus ſeculi non eſſe condignas ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis: Scis illud quod in præſenti eſt, momentaneum & leve tribulationis noſtræ ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operari in nobis: Abſterget enim DEUS omnem lachrymam de oculis noſtris, & non erit amplius luctus, neque clamor neque dolor, modo piè patienterque feramus, quicquid fata immittunt oneris; Nunquam autem plus immittitur quam ferre poſſumus, adeo fidelis eſt DEUS, qui neminem tentari permittit ultra vires. Plura ipſe tibi dices, mi Frater, & ſpe futuri boni edulcorabis hanc temporalium amaritudinem.

Cour forte rompe la
cattiva ſorte.

Domeſtica mala rectè quidem cenſuit, qui majora lachrymis dixit, ſed non animo, qui firmâ in DEum fiducia ſuffultus omnes ſuperat calamitates, & præſtat conjugem habere morboſam & piam, quàm vegetam & vitiis immerſam; Nec leve momentum accedit ſolatio quod morbus periculi expers etſi non facile, tamen curabilis.

Fateor equidem dolores hos longè eſſe acerbiſſimos & interdum ferè intolerabiles, ut in me ipſo olim expertus ſum & in aliis obſervavi.

Ipſe Galenus 2. d. comp. medicament. ſec. loc. c. 4. ſcribit, nonnullis tantum fuiſſe, ut mortem ſibi impatientiâ conſciverint.

Fateor etiam ægrè dolores hos tolli, cum cauſa eorundem in profundo hæreat, quo pertingere & penetrare difficillimum eſt. Non tamen deſperandum, cum videamus quandoque naturæ robore vel virtute medicamenti materiam ab internis dentium radicibus & cavitatibus ad externa verti & ſubitò etiam atrociſſimos dolores aliquando remittere. Optimum erit in contumaci hoc malo cauſam aggredi, quam ego ſerum acre & ſalſum pituitæ permixtum eſſe autumo. Si enim à ſolo humore ſeroſo & tenui excitaretur dolor, non

foret adeò diuturnus & pertinax ob materiæ illius ſubitas mutationes.

Humor itaque iſte ad dentes confluens evacuandus, id quod pilulis noſtris cephalicis per intervalla aſſumptis optimè præſtabitur.

Purgationi univerſali ſuccedant particulares per errhina, quale eſt, quod ex foliis betonicæ, florib. liliorum convall. & aqua majoranæ, ut noſti, componitur. Hinc diſcutientibus agendum, in quo caſu excellit ligni Gvajaci decoctum. Nec omittenda revulſio, per veſicatoria & cucurbitulas expedienda. In repellentibus cautè procedendum. Ante omnia dolor, qui hic maximè urget, ſopiendus, id quod artis eſt. Exſtant quidem infinita doloris compeſcendi auxilia, nec eſt qui nō aliquod peculiare hic jactitet experimentum; Verum pauca famam ſuſtinent, & ubi jam invaluit malum in tota remediorum farragine nihil eſt.

Ægroto Domini quod pellat dente dolorem.

Ego in meipſo & aliis tibias ranæ terreſtris & ſotirellam parvam Mindereri ſalutarem quandoque deprehendi, ut & trochiſcos odontalgicos Mynſichti; Quibusdam hæc mea profuit tinctura:

℞. *Pulv. Caryophyllor.* ℥ß.
Opii Theban. ʒi.
Tinctur. ligni ſancti ℥iii.

Mixta digerantur in arenâ per diem & noctem, poſtea filtrentur.

In cauſa calidâ non infeliciter utor talli infuſo;

℞. *Rad. biſtort.* ℥ß.
Coſti veri ʒii.
Flor. roſar. rubr. Mß.
acaciæ
balauſt. ana p. j.
Cortic. granator. ʒii.
Gummi Lacca ʒi.
Opii ℈iiii. *Affunde*
Aq. verben. ℔i.
roſar. ℔ß.
Spir. ⊕*li q. s. ad aliquam aciditatem.*
Stent in digeſtione B. M.
per Hor. XXIV. Filtrentur.

Sed ne verba ſolùm ad Te mittam, ecce tincturam & trochiſcos, quorum memini. Tinctura cum goſſypio dentibus dolentibus imponitur. Ex trochiſcis unus & alter cavo dentis immittitur & aliquandiu detentus tandem exſpuitur, repetiturque hoc ſæpius, donec recedat dolor, quod in ſuavisſimâ etiam conjuge tuâ propediem fiat, toto pectore precor. Vale. Dab. Colbergæ die XXX. Martii Anno M. DC. LVIII.

EPISTOLA XXXIV.

De clauſurâ Oris.

DN. BALDASSARI TIMÆO von Güldenklee.

Fratri

Fratri dilecto.

CHRISTIANUS TIMÆUS von Gůldenklee.

Salutem & Amorem.

ASperior fit indies, Frater unice, miſeræ ſors conjugis meæ, dum dolori dentium inſuper accesſit immobilitas mandibulæ tanta, ut jam triduum diducere os nequeat, adeoque nec aſſumere cibum, nec rejicere pituitam, quâ refertum bullit pectus, niſi tractim & difficillimè valeat. In maxilla dextra circa juncturam tumor apparet durus & renitens, tonſillas etiam inflammatas ex dolore & degluticndi difficultate conjicio. Vides, quàm amarus ſit dulcor conjugii mei. Tu quantum potes, amaritudinem in dulcedinem ut vertas, rogo, Teque cum tuis amantisſimè ſalvere & rectius nobis valere jubeo. Treptoæ ad Rhegam d. XXVI. Aprilis M.DC. LVIII.

DN. CHRISTIANO TIMÆO von Gůldenklee.

Fratri unico.

BALDASSAR TIMÆUS von Gůldenklee.

Salutem & amoris conſtantiam.

ORis clauſura quam patitur conjux tua, dilecte Frater, à tumore circa juncturam maxillarum dependet. Veriſimile namque eſt, defluxiones, quibus per integram fermè hyemem caput & dentes affecti fuerunt, ad maxillas tandem decubuiſſe, ibidemque tumorem & mandibulæ immobilitatem excitaſſe. Materia itaque defluxionum evacuanda, & tumor vel reſolvendus & diſcutiendus, aut ſi hoc fieri nequit, emolliendus, & aperiendus. Hoc Chejrurgus præſens optimè noverit.

Illud commodiore viâ non expedies, quàm laxantibus in cereviſiâ, vel quod melius in hydromelle infuſis, Agarico imprimis, mechocanna & fol. ſenæ additis corrigentibus. Sic ſenſim & citra virium jacturam evacuabitur, quicquid vitioſi humoris cumulatum eſt. Puto enim clauſuram hanc oris non eſſe adeo arctam, ut liquida paullatim inſtillata non admittat, in quo caſu clyſteres fortiores injiciendi. Interea vires juſculis bene nutrientibus conſervandæ; Interdum etiam ex aquis cordialibus & confortantibus tantillum exhibendum, donec ſuus maxillis redeat motus. Plura impeditiſſimus addere jam nequeo, præter votum, quo conjugem ex moleſtisſimo morbo, Te, mi Frater, ex tot adverſitatum ſyrtibus emergere, toto pectore precor. Vale & DEUM, qui improvisâ nuper morte nepotem ex filiâ nobis eripuit, exora, ut alterum ex filio propter catarrhi ad

fauces

fauces delabentis impetum, ſuffocationi viciniſſimum, ſervet! Dabam Colbergæ d. XXVII. Aprilis Anni M. DC. LVIII.

EPISTOLA XXXV.

De melancholia hypochondriaca & propenſione in ſomnum.

Ad Nobiliſſ. & Excellentiſſ.

DN. D. FRIDERICUM RUNGIUM,
Sereniſſimi Electoris Brandenburgici Conſiliarium intimum & Pomeraniæ Orientalis Cancellarium.

WOhl-Edler / Veſter und Hochgelahrter / inſonders großgünſtiger Herr Cantzler / Hochgeehrter Herr Schwager / Bruder und Gevatter.

Die melancholi und Schwermütigkeit / wie auch die ſtete Zuneigung zum Schlaff / womit mein Hochgeehrter Herr Schwager / Bruder und Gevatter behafftet / rühren beyde meines Erachtens aus einerley Urſach / nehmlich von vielen böſen Dünſten und evaporationibus, welche aus denen im meſenterio, liene & vicinis partibus geſamleten unartigen melancholiſchen / theils Scorbutiſchen Feuchtigkeiten ins Haupt ſteigen / daſelbſt die Spiritus animales gleichſam verfinſtern / und weil ſie eine ſonderliche vim narcoticam bey ſich führen zu vielem und ſchwehrem Schlaff Urſach geben. Würde demnach nötig ſeyn / daß ſothane humores vitioſi gebührend præpariret und abgeführet würden.

Zur præparation könte man præmiſſâ primarum viarum evacuatione etwa 5. oder 6. Tage lang die mixtur ſub lit. A. gebrauchen / und derſelben alle Morgen 3. oder 4. Unzien einnehmen und etwa drey Stunden darauff faſten. Zur Abführung würde das extractum hellebori nigri nicht undienlich ſeyn; Es iſt neulich vor dem H. Stathalter dieſes extractum bey Herr Marten Schörckel friſch præpariret worden / deſſen könte man einen ſcrupul mit 4. oder 5. Gran reſinæ gialappæ acuiret in ein wenig blau Violen-Safft / oder in dem Syrupo de pomis des Morgens nüchtern gebrauchen / cum jejunio quatuor horarum & cuſtodiâ. Nach dieſem könte man per vices bisweilen das electuarium B. bißweilen die eſſentiam C. gebrauchen. Von dem electuario kan man des Morgens nüchtern drey groſſe Meſſerſpitzen voll auffeſſen und bis zur ordinar Mittagsmahlzeit faſten; Von der eſſentz gebrauchet man auff einmahl ſo viel / als in beygefügte Maß gehet / in ein wenig warm Bier oder einer Rindfleiſch-Suppen oder Hüner-brühe / welche nicht fett iſt. Nach der Mahl-

Mahlzeit kan man von dem confect Lit. D. ein wenig auffeſſen und dann zwiſchen beyden Mahlzeiten des Trunckens ſich enthalten. Euſſerlich kan man zum offtern / inſonderheit nach dem Eſſen an das Pündlein E. riechen: Jedoch daß man es zuvor mit ein wenig Rauteneßig beſprenge/ auch kan ein guter Rautenbalſam zum Riechen gar nützlich gebrauchet werden.

In diætâ wird ſich der H. Cantzler ſelbſten zu gouverniren wiſſen. In das Bier/ da man ordinarie von trincket / ſoll etwas Meliſſe eingehenget werdẽ. Meliſſa enim tam lieni quàm capiti prodeſt, animi tranquillitatẽ & hilaritatem præſtat & ad curas pellendas utilis eſt. Der allgütige Gott wolle Gedeyen und Segen hierzu verleihen / deſſen Obacht den Herren Schwager / Bruder und Gefatter ich hiemit treulichſt empfehlen thue/ verbleibende &c.

Deſcriptio medicamentorum.

℞. *Syrupi noſtri aperitivi* ℥vi.
Succi depurat. Cochlear.
Naſturtii
ana ℥ii.
Aq. fumar.
cichorii
Meliſſ. ana ℥iii.
Spirit. ſal. gtt. XXV.
Mixta filtrentur per chartam emporeticam duplicem. M. d. in vitro S. Mixtur. A.

* * *

℞. *Electuar. noſtr. antihypochondr.* ℥vi.
Spec. elect. de gemmis
Diamoſch. dulcis
Diamarg. frigid.
Lætic. Rhaſis
ana ʒi.
Confect. Alkerm. ʒvi.
Condit. rad. Scorzoner. ℥i.
Flor. citri
aurant. ana ʒvi
Nuc. Indic. ℥ß
Syrup. flor. tunic. q. s.
M. F. Electuarium B.

* * *

℞. *Eſſent. noſtr. Hypochondriac.* ℥ii.
D. in vitro.
S. eſſenz. C.

℞. *Confect. ſem. carui aceto præparat.* ℔i.
D. ad ſcatulam.
S. Confect D.

* * *

℞. *Rad. angelicæ*
Zedoariæ ana ʒi.
Sem. nigellæ
carui ana ʒii.
Rutæ ℈iiii.
Camphoræ gr. XV.
M. F. nodulus ex ſyndon. rubr.
S. Pündlein zum Riechen E.

EPISTOLA XXXVI.

De anxietate animi & melancholia Hypochondriaca incipiente.

DN. BALDASSARI TIMÆO von Güldenklee/
Fratri unico & dilecto
CHRISTIANUS TIMÆUS von Güldenklee.
S. P. D.

EXcurrentem ad Vos Domini Præpoſiti noſtri Conjugem ne vacuam literis ad Te, Frater unice, meis dimitterem, facit morbus Sororis viduæ Stamerianæ, qui hoc modo ſe habet:

Deſpondit, ea conſentientibꝰ marito & cognatis Filiam molæ noſtræ Magiſtro, non multo poſt male feriatarum quarundam vetularum interventu & nugis facti eam pænitere cæpit non fine vehementi mentis commotione & excandeſcentia erga pronubas & conjugii conciliatrices quaſdam fœminas. Exinde in gravem animi incidit ægritudinem & mœrorem. Ego accitus de anxietate animi querentem audivi & ventriculi quadam moleſtia. Brevi melius habere cæpit & ſatis belle valere viſa eſt, donec abſente in nuptiis Domini Stameri, marito, iterum ſimile quid paſſa, ſed gravius, decumbitque jam decimum diem, de ſummâ animi anguſtiâ per intervalla recurrente, queribunda. Ciborum nihil appetit, ventriculum iterum accuſans, cujus vitium ructus frequentes produnt. Cogitabunda ſemper, turbulentis interdum ſomniis vexatur interdiu, de nocte tamen paulló quietius dormire dicitur.

Ego purgandum validum alias corpus, ventriculoque robur addendum cenſui, ægritudinem ex falſis cauſis animo conceptam tempori relinquens. Te, mi Frater, conſilium inſuper tuum ut ſuggeras & placentas his additas uvarumque mearum primitias, boni ut conſulas, rogo. Vale & ſalve cum Tuis amantiſſimè. Treptoæ die XI. Septembr. Anno M. DC. LIV.

DN. CHRISTIANO TIMÆO von Güldenklee/
Conſuli & Poliatro Treptovienſi,
Fratri ſuo dilectiſſimo.
BALDASSAR TIMÆUS, von Güldenklee/
S. P. D.

ANimi anxietas qua viduæ Stamerianæ ſoror affligitur, dilecte Frater, ab evaporatione humoris Melancholici, per excandeſcentiam & vehementiores animi affectus commoti, dependet, qua-

quatenus ex hypochondriis elevatæ fuligines caput petunt, Spiritusque animales inquinant, obfuſcant & conturbant. Accedit anni tempus autumnale, quo humor iſte facillimè movetur, ut noſti.

Rectè autem ſentis purgandum corpus, ſed per Melanogoga, & quidem præmiſſis præparantibus ex Syrupo noſtro aperitivo cum aquis fumariæ, meliſſæ, &c. diluto.

Poſtea ſecanda vena pedis ſiniſtri, quæ ad pollicem excurrit, vel ſi menſes deficiunt, aut minus rectè ſe habent, ſaphenæ. Hinc ſplenetica, quale eſt Electuarium meum Chalybeatum, vel Eſſentia Hypochondriaca aut Tinctura Martis &c. ex vehiculis convenientibus per vices exhibenda, vitando nimis calida, poſtmodum ſi opus fuerit repetantur purgantia. Nec omittenda quæ vaporem adſcenſum inhibent, ventriculumque roborant. Interea & animus à curis & mœrore, quantum poſſibile avocandus, ne tractu temporis in perfectam melancholiam degeneret malum. Vale. Dab. Colbergæ d. XIII. Sept. Anno 1654.

EPISTOLA XXXVII.
De Melancholia Hypochondriaca ad Fœminam quandam nobilem.

HOch-Edelgeborne / Hochgeehrte Frau Oberhauptmännin / aus was Urſachen derſelben Kranckheit entſtehe / habe ich hiebevor zumahl ſchrifft-als mündlich zur Gnüge angezeigt: Itzo überſende ich die jüngſt-verſprochene Medicament / welche folgender Geſtalt zu gebrauchen ſeyn.

I.

Erſtlich kan die Fr. Hauptmännin / dz eröffende Pülverlein A. des Nachmittages etwa um 4. Uhr / 2. Stundē vor dem Abendeſſen in ein wenig warm Bier ohn Brodt einnehmen / uñ deſſelben Abends nur etwas weniges an weichen geſunden Speiſen genieſſen.

II.

Des folgenden Tages wolle die Fr. Hauptmännin das laxirende Tränckᷓlein B. des Morgens nüchtern fein warm austrincken / 4. Stunden darauf faſten / ſich des Schlaffs bis nach Mittag halten / nicht an die kalte Lufft gehen und keine harte / ſaure oder fette Speiſen darauff genieſſen.

III.

Nach dieſem kan die Median am lincken Arm geöffnet und ein wenig Blut gelaſſen werden.

IV.

Wañ ſolches geſchehē / kan ſie von dͤ verordneten Latwerge C. alle Morgen drey groſſe Meſſerſpitzen voll aufeſſen / alſobald ein Gläßlein voll des verordneten Kräuterweins austrincken / ſich mit Gehen oder Fahren ein wenig bewegen und bis zu der gewöhnlichen Mittagsmahlzeit darauf faſten.

Der Kräuterwein kan folgender Geſtalt zubereitet werden.

NEhmet die verordneten Kräuter D. thut ſie in ein Säcklein von reiner Leinewand/ hänget es in ein gros Glas/welches oben weit iſt/oder in einen ſteinernern Krug / gieſſet 4. Quart oder Nöſſel guten Rheiniſchen Wein darauff / läſſet es wohl und feſt zugedecket ſtehen / und das Säcklein allemahl wann man davon trincken will/ zuvor wol ausdrücken/ hernach wieder in den Wein hengen.

V.

Wañ dieſe Lattwerge etwa halb wird verbrauchet ſeyn/ kan die Fr. Hauptmännin den verordneten laxirenden Erdrauch Zucker E. des Morgens nüchtern auffeſſen/ 4. Stunden darauf faſten/ und der Wirckung/welche gar ſanft und gelinde erfolgen wird/ gebührend abwarten.

VI.

Hierauff kan die folgenden Tage wiederum die Latwerge C. und der Kräuterwein D. eben wie vorhin gebrauchet und alle Tage fleißig continuiret werden/bis nichts mehr davon übrig iſt.

VII.

Alsdeñ wird die Fr.Hauptmännin zum Beſchluß das purgierende Pülverlein F. des Morgens nüchtern in ein wenig warm Bier auff einmahl austrincken / vier Stunden darauff faſten / ſich des Schlaffs bis nach Mittag enthalten / und der Operation abwarten.

VIII.

Wann ſich etwa einige Angſt oder Schwermütigkeit mercken läſſet/ kan die Frau Hauptmännin alsbald von dem verordneten Pulverlein G. einer Haſelnuß gros oder etwas mehr in 2. oder 4. Löffel voll des darzu verordneten Wäſſerleins H einnehmen/ auch in dem Heroiſchen Krafftwaſſer ein Tüchlein naß machen/ daran riechen/ und die Pulsadern damit beſtreichen.

IX.

Bißweilen kan ein Fußbad von Camillen/Beyfuß/Meliſſen/Betonien/ Lübſtock/ Salvei / Iſop / Majoran und dergleichen Kräutern gebrauchet und die Füſſe unterwerts damit gerieben / hernach mit warmen Tüchern wohl abgetreuget werden / auch ſoll man allezeit eine Hand voll oder 2. Saltz in das Fußbad werffen / und zugleich mit den Kräutern auffſieden laſſen.

X.

Wann die Fr. Hauptmännin ihren Monatlichen Fluß bekommet/kan Sie alle Morgen von dem verordnetem Elixir I. 18. Tröpfflein in einem warmen Süplein von halb Mehſſen Waſſer und halb Rheiniſchen Wein/ einnehmen und etwa 3. Stunden darauff faſten /auch ſol man in das Süplein allezeit ein wenig Saffran und Muſcaten Blumen thun und damit auffſieden laſſen/ würde aber der Fluß nicht recht uñ gnugſam erfolgen/ muß die Frauenader am Fuß geöffnet und ein wenig gelaſſen werden.

XI.

Hiebey iſt nöhtig daß ſich die Fr. Hauptmännin einer guten und geſunden diæt befleißige: Inſonderheit

alles

alles meide / was hart und ſchwer zu verdauen/oder ſonſt ein unartiges böſes ſchwe es und Melancholiſches Geblüth giebet / als Hirſch-und Rindfleiſch/ welches von altem Zug-Vieh iſt/ alles was in der Peckel gelegen oder im Rauch getreuget iſt / was ſehr geſaltzen / alles was ſauer und fett iſt. Ingleichen Schweinen-fleiſch Aenten/ Gänſe: Viel Fiſche inſonderheit Ahl/ Schleien/ Neunaugen und welche in ſtehenden / ſumpfigen Waſſern gefangen werden / alles was Blähungen und Winde verurſachet/ als Kohl/Rüben/ Erbſen/rohes Obſt/Gurcken ꝛc. Was viel Dünſte ins Haupt führet/als Zwiebeln/Senff/Meerrettich/Knoblauch und dergleichen.

Zum Ordinar-Getranck iſt ein gutes Bernauiſch Bier und bey der Mahlzeit ein Träncklein Rheiniſch Wein zu gebrauchen / andere ſüſſe Weine / als Malvaſier/Alcant/ Spaniſche Wein / Sect ꝛc. ſind ſchädlich. Ein guter Corinthen Wein iſt unter allen andern bey itziger Leibes-Beſchaffenheit am beſten und geſündeſten.

Nehmet 4. ℔ kleine Roſinen/ laſſet die wohl reinigen und waſchen/ ſchneidet oder hacket ſie klein / thut ſie in ein reines linnen Säcklein/henget es in ein Fäßlein von äſchen Holtz/ gieſſet 14. oder 15. Quartier beſten Rheiniſchen Weins darauff/ laſſet es feſt und wohl zuſpünden; Wenn es 3. Wochen gelegen / kan man davon trincken / hat einen anmuthigen/ lieblichen Schmack und ſchöne Farbe. Bey Herbſt-Zeiten/ wenn man friſchen Moſt haben kan / ſoll man zu den Roſinen ein halb Pfund gefeilten gar ſubtilen Stahl wie auch ein wenig Zimmet/ thuen / laſſen es zuſammen gähren und trincken davon alle Morgen oder nach Mittage 2. Stunden vor dem Abendeſſen einen Becher voll aus / iedoch daß man ſich mit Gehen oder Stehen ein wenig darauff bewege.

Der Schlaff diente wohl etwas länger zu ſeyn / als bisher geweſen/ weil durch vieles Wachen / das Geblüth erhitzet / die Galle vermehret/ und der gantze Leib gleichſam ausgetrucknet wird.

Auch muß die tägliche Reinigung und Abführung des Leibes beybehalten werden / und wann ſolche mangelt/ etwas von erweichenden Speiſen an gekochten Aepffeln / Prunellen / Roſinen / Pflaumen und dergleichen gebrauchet / und da dieſes nicht helffen will/ ein gelindes Clyſtir beygebracht werden/ worzu man denn die fetten Suppen von Schafsdärmen/ Kalbergekröß / oder ein wenig ſüſſe Milch mit Camillen und Päppel auffgeſotten / durch ein reines Tüchlein geſiegen und etwas Thomas-Zucker darzu gethan / nützlich gebrauchen kan. Die Leibes-

Bewegung ſey mäßig und hat ſich die Frau Hauptmännin vor vielem Stillſitzen inſonderheit zu hüten / weil dadurch die natürliche Wärme und Dauung geſchwächet / und das Geblüth eine ſchädliche Faulung bekommet.

Vor allen Dingen wird ſich die Frau Hauptmännin aller ſchwehren Melancholiſchen TrauerGedancken entſchlagen / und vor Zorn / Eyfer / Schrecken / Grahm und Sorgen / ſo viel möglich / ſich hüten ꝛc.

Deſcriptio Medicamentorum.

℞. *Cremor.* ♀i ℈ij.
Fecul. bryon. ℈ß.
Sal. tamariſc. gr. v.
M. F. pulvis d. in capſula.
S. Eröffendes Pülverlein. *A.*

* * *

℞. *Decoct. noſtr. laxativ.* ℥iiß.
Extract. fol. ſenn. gr. xv.
Pulv. Gialapp. tinct. gr. v.
M. D. in poculo
S. Laxirendes Träncklein. B.

℞. *Electuar. noſtr.*
Chalybeat. ℥viij.
Condit. cort. aurant ʒvj.
flor. citr. ℥ß.
Syrup. de fumar. ℥j.
M. F. Electuarium
D. in fictili
S. Lattwerge. C.

* * *

℞. *Herb. Meliſſ. mij.*
Scolopendr.
fumariæ ana mj.
Cort. rad. cappar.
tamariſc.
fraxin. ana ℥ß.
Rad. Scorzoner.
cichor. ana ℥ß.
Groſſo modo inciſa & conquaſſata
D. ad chartam.
S. Kräuter zum Wein.

* * *

℞. *Conſerv. fumar.* ʒij.
Extr. Helleb. nigr. gr. IX.
Reſin. Gialapp. gr. v.
Ol. Cinamom. gt. ij.
M. F. bolus, aſperg. ſacchar.
S. Laxirender Erdrauch-Zucker. E.

* * *

℞. *Pulv. noſtri Melanag.*
ʒß *gr.* iij.
D. in capſula.
S. Purgierendes Pülverlein.

* * *

℞. *apic. Corn. Cerv. absque* △ *calc.* ʒi.
Corn. alcis philoſoph.
Calcin. ℈ij.
Magiſter. perlar.
Coralior. rubr.
ana ℈is.
Succin. alb. prep. ʒi.
Terantur in marmore affuſ. Spirit. Ceraſor. nigr. q. s. ut fiat quaſi paſta, quæ iterum exſiccetur & in pulverem ſubtiliſſ. redigatur. add.
velleris aurei Weidneri ℈ij.
M. D. ad ſcatulam
S. Pülverlein G.

* *
*

℞. *Aq. nr. antihypochondriac. ex ſuccis* ℥iiij.
Cordial. frigid. ℥ii.
Virtutum Anhalt.
Carbunculi
Cinamom.
Borragin.
Meliſſ. ana ℥i.
Spirit. flor. tiliæ
roſar.
Meliſſ. ana gtt. XXI.
Rotul. man. Chriſt. perlat. ʒii.
M.D. in Vitro.
S. Wäſſerlein zu dem Pulver. H.

* *
*

℞. *Elixir. Propr.* ʒii.
Eſſent. Caſtor. ʒi.
M.D. in Vitro.
S. Elixir. I.

* *
*

℞. *Aq. noſtr. Heroic.* ℥ij.
D. in Vitro
S. Heroiſch Wäſſerlein.

BALDASSARIS TIMÆI von Güldenklee/ EPISTOLARUM MEDICINALIUM

LIBER II.

De morbis medii ventris ferè omnibus.

EPISTOLA I.

De præcavendâ Phtiſi ex catarrhis.

Ad
Reverendum Doctiſſ.
DN. JOHANNEM PAGENCOPIUM.

CAtarrhos non uno eodemque modo generari, nec una ratione, pulmones afficere, certum eſt: Generantur enim nunc cerebri ipſius vitio vel calida nimium vel frigida intemperie peccantis: Nunc per conſenſum corporis inferioris, viſcerum ſcilicet multum excrementitii ſanguinis pituitoſiq; humoris cerebro transmittentium. In corpore tuo, Vir Clariſſime, ſigna diagnoſtica aliam etiamnum cauſam non arguunt, præter eam, quæ Literatis com-

communis eſſe ſolet, vitam ſedentariam, lectiones frequentesque meditationes. Fieri enim vix poteſt, niſi fortè in corporibus robuſtiſſimis, quin quieta plurimum & ſedentaria vitâ calor, ſive ſpiritus vitales à corde viſceribus influentes coctionemque perficientes non nihil torpeſcant & maſſam ſanguineam crudiorem relinquant. Cujus portio poſtmodum cerebro pro nutrimento appulſa aliisque cauſis interdum copioſius verſus caput abrupta in pituitam ibidem degenerat, quæ ſuperabundans vel ſua ſponte præceps fertur, vel expultrice cerebri facultate irritata in ſubjectos pulmones exoneratur & detruditur. Iſtiusmodi autem humores catarrhoſi etſi admodum acres, ſalſi & rodentes non ſint, ſed potius inſipidi magisq; lenes, attamen ſi diutius in pulmones deſtillent altiusque penetrent, prætérquam quod moleſtam tuſſim excitent, etiam ad putredinem ſuppurationemque pulmones diſponere poſſunt.

Cum itaque in tuo corpore catarrhi generentur, uti dictum, ob calorem ventriculi ac capitis debiliorem per crebra ſtudia & meditationes crudos humores accumulantem. Ideoque eo reſpiciendum, ut rectâ victus ratione catarrhi materia præcaveatur, & ſi qua interdũ collecta fuerit, maturè ac blandè evacuetur, cerebrique ut & ventriculi calor & robur firmentur. Recidivante tamen nihilominus catarrho, ſicubi tenuis ac præceps fuerit, impetus fluxionis nonnihil coërcendus; Quod vero in pulmones delapſum, convenientibus expectorantibus rurſus educendum ne diutius ibidem hærens corrumpatur & pulmones exulceret.

Victus rationem quod attinet, vitetur aër pluvius, borealis ac auſtralis. In cibo fugiantur acria, vaporoſa, ceu raphanus, Sinapi & præcipue in cœna, ut & ante meditationes lectionemve: Valde enim caput replent. Pinguia inſuper ut & coctu difficilia, cruda &c. vitentur. Caveatur quoque à cereviſia recenti & nondum defœcatâ ut & acidâ. Balnea frequentia ut & valdè æſtuoſa, fugiantur.

Ut autem ventriculi cerebrique robur firmetur excrementaque magis abſumantur, commodùm uſurpabuntur morſuli cephalici, de quibus manè jejuno ventriculo & veſperi ſub ingreſſum lecti tabella una ſumatur, idque tempore verno & autumnali; Utile tamen foret tales & per hyemem & tempore pluvio & boreali ad manus habere eorumque nonnihil delibare. Extrinſecus quoque pro obtinendâ eâdem intentione, præcipuè tempeſtate pluviâ ac humidâ, capitis vertici noctu cucupha capitalis

ca-

caput roborans & ſexſiccans imponi poteſt, de die vero deponi. Quodſi tamen, quod fieri in diſpoſitis facilè poteſt, catharrhoſi crudique humoris aliquid congeratur, ut id maturè aufferatur lenibus naturæque vim nullam inferentibus, purgantibus, convenit, cui ſcopo apprimè inſervit, ſyrupus noſter pectoralis laxativus. Si verò impoſterum catarrhus nihilominus recidivet, (Siquidem & cauſarum externarum in poteſtate noſtra non poſitarum magna, ut in aliis affectibus ita in movendis fluxionibus vis eſt) tum ſi deſtillans in pulmones humor, non admodum copioſus ſit, ſed moderate craſſus ut is ex pulmonum bronchiis quamprimum educatur, ne quod in pus mutari poteſt, ibidem relinquatur, tusſisque ſimul leniatur, commodè uſurpabitur pulvis noſter pulmonicus, cujus veſperi cubitum iturus quantum larga cultri cuſpide capi poteſt, ore contineas & inter ducumbendum transverſim liquatum delabi ſinas, id quod & de manè antequam lecto ſurgas ac ſi tuſſis urgeat, etiam de die fieri poteſt. Si verò catarrhus tenuior, acris ſalſusque fuerit, & tuſſis vehemens in aniſque, ferina medicis dicta, tunc neceſſarium electuarium catarrhum ſiſtens, & incraſſans ad manum ſit partim ad præcipitem ejus impetum refrænandum, partim ne pulmonibus ſe penitius inſinuet erodatve, præcavendum. Commodè tunc quoque nodulus ex ſemine nigellæ contuſo cum tantillo nucis moſchatæ aceto vini conſperſus naribus admovetur. Atque ſi hac ratione humor defluxioni ſubtrahatur, & ſi quid in pulmones delapſum fuerit, maturè educatur, antequam ibidem putreſcat, nullum me dubium, pulmones diu integros & illæſos permanſuros, adeoque phthiſin averſum iri, quod ut fiat, toto pectore voveo.

P. S.

HOc quoque præter ſuperiora, monitum velim in præcavenda & curanda pulmonum exulceratione, ſolenne ac celebre eſſe, præſidium lactis caprini uſum, quod ſalſam erodentemque humorum acrimoniam admodum leniat, adeoque pulmonum exulcerationem impediat, factam abſtergat & non parum conſolidet. Quandoquidem verò nulla hic ſubeſt humorum acrimonia erodensque qualitas, ſed potius inſipidi, pituitoſi & frigidi humores, nihil eſt, quod ejus uſum ſuadeat, niſi fortaſſis ſingulis annis circa Majum ad totum corporis habitum ſiccum & ſqualidum nonnihil, humectan-

dum eo uti libeat. Hac ratione per dies XL aut XIII. ſingulo mane intra ſextam & ſeptimam matutinam hauſtus caprini lactis ab uberibus adhuc tepentis pauxillo Sacchari candi addito (ne in ventriculo coaguletur) ebibi leniterque exin corpus deambulationibus moveri poteſt, ut facilius penitiusque in viſcera diſtribuatur, prandium verò à ſumpto lacte ad trihorium differendum.

Deſcriptio medicamentorum, quorum in præcedenti conſilio facta eſt mentio.

Morſul. cephalici.

℞. *Conſer. roſar. rubrar.* ℥ii.
anthos ℥ß.
Specier. Diambr. compl.
Diamoſch. Dulc. compl. ana ʒi.
Succin. alb. præp.
Macis. ana ℈ii.
Condit. nuc. Indic.
Myrobalan. chebal.
carn. cytoon ana ℥ß.
Medul. nuc. indic. ℥i.
Sacchar. albiſſ. in aqua lil. convall. Diſſol. ℥vi.
F. s. a. morſuli. Aſpergantur Spirit. roſar.

Cucupha capitalis.

℞. *Fol. Origan. Salviæ*
majoran. ana Mß.
Summitat. thymi. c. florib. Mß.
Flor. lavendul. roriſmar.
ſtæchad. Arabic. ana ʒi.
roſar. rubr. ʒii.
Ligni ſaſſafr. odorif. ʒiß.
Nuc. moſchat. ʒi.
Caryophyllor.
Ligni aloës ana ℈i.
Laudani puriſſ.
Benzoës.
Styrac. calamit. ana ʒß.
Cinam. acutiſſ. ʒiii.
Galliæ Moſchat.
Alipt. Moſchat. ana ℈ß.
Spir. roſar.
lil. convall. ana ℈i.

In pulverem groſſum redacta ſerico rubro includantur & interbaſſentur.

F. pileolus
Syrupus pectoralis laxativus.

℞. *Herb. Scabios.*
tuſſilagin.
veronic. ana Mß.
Sem. melon. ʒii.
Flor. borragin. p. j.
bugloſſ.
roſar. rubr.
violar.
ſtæchad. Arab. ana p. i.
Ficuum Jujubar.
Sebeſten ana ℥ß.
Paſſular. minor. ʒvi.
Inciſa & conquaſſ. coqv. ex aq. ſimpl. ℔ iiß.
In colatura infund. p. n.
Fol. Sen. S. S. ʒvi.

Aga-

Agarici, Mechoac ana ℥iii.
Cinam. acutiſſ. ℈ß.
Sem. aniſi fœnic. ana ℈ij.
Mane ebulliant, & exprim. fortiter.
Adde
Mannæ Calabrin. puriſſ. ℥ii.
Sacchari parum.
F. Syrupus tenuis.
Add. ſpir. Sulphur. acidi gtt. vii.
M.S. Laxirender Syrup. auff etliche mahl.

Pulvis pulmonicus,
℞. *Specier. diaireos. ſimpl. recent. diſpenſ.* ʒii.
Pulv. liquirit.
Ireos Florentin. ana ℈iß.
Groci Oriental. ℈ß
Flor. ♀*ris opt. ſublimat* ℈iiii.
Sacchar. cand. alb. ℥is
Ol. aniſi gtt. v. M.
S. Lungen-Pulver.

Electuar. Catarrhum ſiſtens.
℞. *Conſerv. roſar. veter.* ℥iii.
Pulv. Succini alb. pr. ℈ii.
Boli Armen. ℈i.
Maſtich.
Thuris albiſſ. ana ʒi.
Specier. diatrag. frigid. recent. diſpenſ. ℈iiii.
Spir. roſar. gtt. XI.
M. cum Syrup. flor. Rhead. q. s.
F. Electuarium.

EPISTOLA II.

De phthiſi ex ulcere pulmonis.

Excellentiſſimo & Experientiſſimo,

Dn. PETRO GAILINGIO

Philoſoph. & Med. D. Practico apud Stargardenſes celeberrimo

Fautori & Amico ſuo honorando.

BALDASSAR TIMÆUS, von Güldenklee.

S. P. D.

ANnus eſt, ſi rectè memini, & quod excurrit, Excellentiſſime Dn. Doctor, Fautor & amice deſideratiſſime, cum ad Nobilisſimum Juvenem Dn. FRANCISCUM BORCKEN Sereniſſimi Electoris noſtri cubicularium phthiſi decumbentem vocarer rogatu Parentis & Amicorum de morbi tam pertinacis medelâ tecum deliberaturus; verum infelici & ſero nimis acceſſu, cum qui amplius reſpirare non poſſet, jam exſpiraret æger. Memini Te illa nocte, quam inſomnem ducebamus, multa de hoc affectu & remediis methodicè adhibitis doctè non minus ac medicè diſſeruiſſe, adeo ut abundè conſtaret nihil eorum intermiſſum, quæ ad morbi hujus amolitionem facere poterant. Quod autem eventus non reſponderit conatui

tui, ſuſpenſum aliquandiu tenuit non neminem ex Agnatis. Ego ſcrupulum ut animo eximerem, confirmatum hoc malum immedicabile fuiſſe oſtendi: Omnino enim in ea ſum ſententia: Ulcus pulmonum diuturnum & profundum humanâ arte ſanari non poſſe. Si enim teſte experientia etiam parva & recentia pulmonum ulcera difficulter & rarò curantur, quomodo inveterata illa perſanari poterunt? Rationes adducit Galenus lib. V. Methodi medendi cap. 8. adeo firmas & manifeſtas, ut vel omne pulmonum ulcus inſanabile eſſe exinde evinci poſſe nonnulli putent; Nec habent, qui ſecus ſentiunt, quod opponant, præter paucorum quorundam exempla, quos à phthiſi ex ulcere pulmonum liberatos eſſe aſſerunt. Equidem ut fidem illorum in dubium vocare nefas eſſe duco; ſic non malè monitum puto à Sennerto, eos, qui ſe ulcera pulmonis & phthiſicos ſanaſſe dicunt, debere attendere, ne decipiantur & pulmonem exulceratum putent, cum thorax ſaltem laboraverit aut catarrhus & pituita in pulmonibus in ſimilem puri ſubſtantiam illæſis pulmonibus mutata ſit. Ego ingenuè fateor, in tota mea praxi, quam triginta-ſeptem annis exerceo, neminem ex iis, qui ulcere pulmonum affecti fuerint, integræ ſanitati reſtituere potui, etiamſi nihil intentatum reliquerim, quod ad curationem hujus mali ullo modo facere poterat, nec ab aliis etiam celeberrimis Medicis quempiam reſtitutum vidi. Sed ut rem paulò altius examinemus.

Communis eſt Medicorum ſententia phthiſin ſpecialiter & proprie ſic dictam ab ulcere pulmonum excitari, ac proinde ulcus abſtergendûm poſteaque conſolidandum. At quomodo abſterges, cum neceſſaria ad abſterſionem medicamenta ulceri applicari & adhiberi nequeant? Illud enim, quod ex ore rectà ad pulmones deſtillat, exiguum eſt, quod verò in ventriculum deſcendit, per tot viarum anfractus integris viribus ad pulmones permeare non poteſt: Præterea affluxus materiæ plerumque tantus eſt, ut medicamentis, quorum exigua quantitas, ut dictum ad pulmones pervenit abſtergi nequeat.

Nullum autem ulcus ſanari poteſt, niſi probe prius à ſanie fuerit mundatum.

Dices evacuandam, revellendam & intercipiendam eſſe materiam.

At evacuantibus de materia conjuncta, quæ jam in pulmonibus exiſtit, nihil tollitur, ut habet

Schol-

Scholzius in aphoriſmis medicinalibus Sect. 7. Aphoriſmo 982. Nec antecedens ſatis tuto & commodè ejicitur. Quam noxia enim in hoc morbo ſint purgantia, Crato longâ experientia ſe didiciſſe ſcribit, adeò ut tutiſſimum eſſe cenſeat ab iisdem abſtinere; Unde & Septalius maximâ cautione utendum eſſe monet in uſu ſubducentium, cum laxiore alvo nihil in hoc morbo ſit pernicioſius; Fluor autem exitialis & propinquæ mortis augur.

Sunt, qui inſenſibiliter evacuantibus utendum putant; ſed cum calida plerumque præſcribantur: & actu etiam talia capiti applicentur, materiam ſæpè magis fundunt, liquant & ad fauces pulmonesque præcipitant, quàm ut abſumant & exſiccent.

Sic & revellentia parum proficiunt. Venæſectionem corpus extenuatum & conſumptum viresque dejectæ non admittunt, & licet inter initia admitterent, tamen non video, quomodo materia ad pectus affluens per phlebotomiam ita revelli poſſit, ut nihil amplius affluat.

Par & cucurbitularum & frictionum eſt ratio.

Fonticulorum quidem aliquis videtur eſſe uſus, ſi tempeſtivè excitentur, cùm non ſolùm ad revulſionem, ſed & ad materiæ continuò genitæ paulatinam emiſſionem faciant: Verùm nec hi ad omnem materiæ affluentis averſionem ſufficiunt, & quis ex alatis & diſpoſitis horum ope evaſit? Intercipientia denique quid aliud præſtant, quam ut vi ſuâ adſtrictoriâ vel lentore & viſciditate expectorationes impediant, ſputum detineant, tusſimque, ubi tandem ad expellendum natura inſurgit, difficilliorem reddant.

De conſolidantibus & glutinantibus idem eſto judicium: Accedit & hoc quod cum ſanis ſine tuſſi ejici non poſſit, motu illo, qui in tuſſi vehementior eſt, ulceris labia ſubindè lacerentur & conſolidatio impediatur.

Hinc fruſtra tot Syrupi, tot decocta, conſervæ, electuaria, rotulæ, eclegmata, Looch & neſcio quæ non pectoralia, pulmonica, antiphthiſica &c. ægris præſcribuntur, quorum uſu tonus ventriculi & reliquorum viſcerum ſubvertitur, appetitus dejicitur, bilis, cum plæraq; dulcia ſint, coacervatur, calor intenditur, ipſaque tandem mors acceleratur. *Laudat pulverem ſuum Haly Abbas, paſtillos Paſio, Syrupos Meſue, Looch Rhaſes, Conſervas Avicenna, Tragæas Langius, aquas pectorales Dorncreilius, pancraticum vegetabile & brodium radicis occidentalis Freitagius & ſexcenta alia alii. At horum

omnium uſu nunquam non deludimur.

Jactitant Antimonium & ſulphur ſuum, & quæ ex his parantur balſama, lac, tincturas, flores & id genus alia Chimici; Commendant & vitulorum, vulpium leporumque pulmonibus & porcorum ſanguine aquas deſtillatas, eſſentias, magiſteria &c. Sed nec hæc famam ſuſtinent, & quomodo ſuſtineant, cum ad partem affectam penetrare non poſſint.

Neminem in his magis miror, quam Mynſichtum, qui de ſpeciebus, quas diaſaturni vocat, ita ſcribit: Neſcio quibus verbis hanc incomparabilem compoſitionem, extollam. Phthiſis enim, quæ alias humana manu curari non poteſt, hac medicina curatur. Idem aquam ſuam antiphthiſicam mirè deprædicat, & non tantum omnia pulmonum ulcera perſanare, ſed & hominem valde pinguem reddere aſſerit. Rectè in hanc rem Grotius Epiſtola 25. ad Gallos. Novum philoſophantium genus Chimici digni ob multa inſigniter reperta laude, & gratia, ni utrumque corrumperent nimia pollicendo. At Antonides von der Linden in præfatione, libri de ſcriptis medicis: Laudes immodicæ medicinarum chymicarum primo inflant hominum ſpes, deinde deſtituunt.

De lacte quod ſcribit Galenus 3. de medicament. facultat. cap. 16. & 5. Method. medend. cap. 12. 7. m.m. cap. 6. & poſt hunc practici ferè omnes, non equidem videntur eſſe, de nihilo, quatenus ſeroſitate ſua ulcus abſtergere, caſeoſitate conſolidare & aërea butyroſaque pinguedine tabidum corpus humectare creditur: At quotusquisq; Phthiſicorum ſine incommodo illud bibet, cum omnes fere febricitent, vel defluxionibus aut capitis dolore, infeſtentur aut vaſorum obſtructionibus & flatibus detineantur, quæ conditiones uſum ejus omnino prohibent.

Ultimum eſt optimumque remedium, ſi non ægris, medicis tamen ad evitandas moleſtias, quandoq; etiam ignominiam ſalutare, quo ſvadente Galeno 5. M.M. cap. 12. ad montem Tabias vel ex conſilio Celſi, in Ægyptum ablegantur Phthiſici, illic ſulphureis effumigationib9, hic navigatione longa perituri. Sic hodie Medici Neapolitani quibus Tabiarum loca nimis non ſint vicina ad aerem dello Torre Græco ablegant phthiſicos. Sed ne modum excedat epiſtola, audiamus concluſum Galeni, quod habet libro 4. de loc. affect. non procul à fine: Externas putridas partes abſcindere & urere poſſumus; pulmoni vero horum auxiliorum neutrũ adhibere licet: Quapropter omnes ſic affectos perire neceſſe eſt.

Et

Et 5. M. M. cap. 8. non igitur propterea, quod in perpetuo propter reſpirationem motu hoc viſcus eſt, deſperata curatio eſt, ſed propter ſaniei ac puris vacuationem, quæ ſcilicet non fieri poteſt per pulmonem.

Et libro 4. d. loc. affect. circa finem de ſeipſo fatetur: Homines pulmonibus ulceratis affectos & Antipatrum ipſum Medicum non potuiſſe a ſe ſanari.

Receptui denique canat Ovidius:

Cernis ut è molli ſanguis pulmone remiſſus
Ad ſtygias certo limite ducat aquas.

Quæ cum ita ſe habeant, mirum non eſt, quod etiam præſtantiſſimis ut ex arte & methodo omnique cura & diligentia adhibitis remediis nihilominus interierit Nobiliſſimus Juvenis:

Quam difficilis enim, & quod pace ſecus ſentientium dixerim, impoſſibilis ſit ulcerum in pulmonibus ſanatio, ex ſupra dictis ſatis conſtare arbitror, quanquam optarim aliter ſe rem habere & exſtare certum aliquod hujus morbi remedium: Sic enim cum multi alii tum conjux mea, vel oculis mihi carior, ex Acheruſiâ hac palude liberari poſſet.

Ne quid enim diſſimulem, hæc ipſa dilectiſſimæ Uxoris calamitas ſcriptionem hanc mihi expreſſit. Cœcutire mihi videor in domeſtico hoc malo utinam etiam in præſagio. Mallem enim vitam Conjugis, quam fidem hujus Epiſtolæ ſervari: Sortes noſtræ in manu Domini; At durum eſt diſſolvi. Cæterum nec hoc dememini, quod de miro quodam affectu figulis plerumque familiari, recenſebas.

Plumbi pollinem, quo in fictilibus incruſtandis utuntur cauſſam malo dare rectè conjicis. Eſt enim nervoſo generi inimiciſſimus. Quæſo per otium integram hujus morbi hiſtoriam deſcribere non graveris, obſervationibus meis, ſi per Te licuerit, inſerendam. Intereà ut diutiſſimè optimèque valeas ex animo precor. Dab. Colbergæ die XIII. Decembr. Ao. M.DC.LVIII.

P. S.

Epiſtolæ hujus veritatem cum calamo non poſſet, morte confirmavit VisClariſſimus. Cum enim in diuturnioris ſilentii cauſam inquirerem & per chirurgum ejus loci reſponſum urgerem, relatum mihi eſt, accepiſſe quidem literas haſce, easque iterum atque iterum relegiſſe, ſed ob extremam virium imbecillitatem, quam ex tabe contraxerat, reſpondere non potuiſſe; Intereà tamen ſæpius ingeminaſſe; O utinam utinam hæc aliter ſe haberent, ſed quàm vera ſint equidem nunc experior, brevi forſan

morte

morte meâ idipſum conteſtaturus, quod & paullo poſt factum eſt. Memoria Viri integerrimi ſit in benedictione.

EPISTOLA III.

De arcano antiphthiſico.

DN. D. MARTINO WEISSIO, Sereniſſ. Elector. Brandenburgici Archiatro.

Fautori, Amico, & Collegæ ſuo Honorando.

BALDASSAR TIMÆUS, von Guldenklee.

S. P. D.

EQuidem, Excellentiſſime Vir, Amice & Collega Honorande, auſpicatius mihi optarem ſcribendi argumentum, præter hoc, quod apud Te promere domeſtica urget calamitas, ex diuturno & pertinaci dilectiſſimæ Conjugis morbo, miſerum hoc pectus meum dies noctesque excrucians. Triennium enim & quod excurrit, phthiſi ex ulcere pulmonis decumbit, necdum ulla redintegrandæ valetudinis ſpes affulget; Nullis haſtenus parcitum remediis, adhibita omnia, quæ in artis poteſtate ſunt, ſed fruſtra & ſine ſucceſſu, adeò ut firmiter jam credam, utinam falſo! Ulcus pulmonum diuturnum & profundum humanâ arte ſanari non poſſe.

Aſſentiri videntur & Hippocrates & Galenus. Ille dum 2. Prorhetic. ſigna quæ in convalituris apparere debent, proponit, quorum nullum ferè in iis, qui profundo & inveterato pulmonum ulcere laborant unquam deprehenditur. Hic dum libro V. M. M. cap. 8. & lib. V. de locis affectis non procul à fine apertè ſtatuit, & rationibus firmiſſimis evincit ulcera pulmonum eſſe inſanabilia, quod ipſum Bruno Seidelius libro de morbis incurabilibus m. p. 20. prolixius demonſtrat.

Non equidem ſum neſcius à Schenkio & aliis exempla quorundam hoc morbo ſanatorum adduci, verum & illud animo hæret, quod doctè monet Sennertus, eos debere attendere ne decipiantur, & pulmonem exulceratum putent, cum thorax ſaltem laboraverit aut catarrhus & pituita in ſimilem puri ſubſtantiam illæſis pulmonibus mutata ſit.

Interea quivis hic ſua jactitat arcana, quorum ut unum tantùm promam ex Berolino Veſtro, Nobili cuidam hujus loci, ſub ſacro ſilentio nuperrimè concreditum. Accipi nimirum jubet cranium hominis triginta circiter annorum, non ita diu è furcâ ſuſpenſi, illudq; in ſubtiliſſimum pollinem redigi, poſt-

poſtmodum in vino Rhenano infundi, ſingulisque matutinis & veſpertinis colaturæ cyathum unum ebibi per menſem integrum continuando, ſanctéq; affirmat, omnem phthiſin etiam inveteratam, hoc unico remedio perfectè curari. O utinam vero! Ego de fide hujus arcani interrogatus, reſpondi me nec rationem hujus rei penetrare, nec experientiâ quicquam de hac cranii humani efficacia compertum habere. Ad morbos quidem capitis & nominatim ad Epilepſiam à Theophraſto ejusq; aſſeclis commendari, ab Eraſto autem & aliis in dubium vocari, imò nec meæ exſpectationi unquam ſatisfeciſſes; Ulcera autem pulmonum ab ejus uſu perſanari, nullibi ſcriptum legiſſe. Communicanda hæc Tecum duxi, Vir Experientiſſime, ut reſcire, an de hoc arcano tibi quicquam conſtet, & quid de eo ſentias. Mihi valde quidem eſt ſuſpectum, & vel nullũ eſſe vel ſuperſtitioſum aliquid & magicum alere videtur. Te ſi aliud & rectius hujus morbi remedium, longa docuit experientia vel ingenium, quæſo in miſeræ ſolatium Conjugis impertiri ne graveris, idque ſine morâ; inducias enim radicatum hoc malum, vereor, ne ſuſtineat. Vale & abruptæ per occaſionis præcipitantiam ſcriptioni bonus ignoſce. Dab. Colbergæ Cal.Dec.Anno M.DC.LIX.

Nobiliſſimo & Excellentiſſimo

VIRO

DN. BALDASSARI TIMÆO

DE GULDENKLEE.

Sereniſs. Electoris Brandenburgici Medico celeberrimo,

Domino & Collegæ plurimum obſervando

MARTINUS WEISSIUS.

S. P. D.

NObiliſſime & Excellentiſſime Vir, Domine, Amice & Collega plurimum honorande, tertius jam ad finem decurrit menſis, à quo juſſu Sereniſs. noſtri Electoris, ut noſti, in hunc locum me contuli ad ſervitia Medica ſereniſſimæ Electorali matri cum Hydrope per aliquot jam menſes periculoſiſſimè conflictanti, præſtanda. Ex hoc factum eſt, ut domeſtici mei reditum indies exſpectantes, literas ad me ſcriptas fere omnes domi detinerent, donec tandem moræ pertæſi, & reditus incerti plerasque huc ad me miſerint. Sciat igitur Exc. T. literas ipſius paucis ab hinc diebus ob eandem cauſam ſufflaminatas, tandem mihi ſerò ſatis redditas eſſe, quamobrem vehementer oro, ne tarditatem reſponſionis negligentiæ aut oblivioni, multò minus tepido adfectui adſcribat. Vita quippe noſtra ut caſibus, ita viciſ-

ſitudinibus plus quam multis eſt obnoxia.

Vehementer autem doleo vicem amantiſſimæ tuæ uxoris inveterato, & ut arbitror, profundo pulmonum ulcere laborantis, & forſan jam miſerâ hâc conditione defunctæ. Si vivit, convaleſcentiam; ſi deſiit eſſe inter vos mollem corpori, beatamque animæ requiem & beatiſſimam tandem utriusq; conjunctionem in die reſtitutionis univerſalis ipſi precamur.

Remedium calvariæ ad phthiſin curandam nunquam adhibui, nec memini à quopiam adhibitum.

Famigerabilis ante 20. & quod excurrit annos erat Practicus, Dn. Frid. Fleckius, hic pulveri ſuo antiphthiſico cranium hominis admiſcebat, cujus tamen non erat baſis.

Lethalis plerumque eſt morbus, præſertim ſi ulcus ejus ſit magnitudinis, quæ febrem continuam excitare poſſit. Interdum potionibus vulnerariis, & balſamicis auxiliis ad multos annos ſuſtētantur ii qui diætæ exquiſitæ ſtudent. Alii per hæmorrhoides, menſes, fonticulos diu ſervantur: Tandem conſumpti pereunt. Eadem Fati vis premit Amantiſs. quoque meam uxorem à multis jam annis.

Quis ſit ſtatus Sereniſs. Electoralis viduæ, cui jam inſervio, ob temporis anguſtiam enarrare nequeo. Omne morbi hiſtoriam coram exponet Nobiliſſima Domina Kleſtia, communis noſtra Patrona, quæ actionibus & paſſionibus noſtris interfuit.

Cæterum animitus gaudeo Exc. T. amicam adhuc mei memoriam conſervare inter tot Patriæ turbas, eritq; porrò gratiſſimum, quando amicitiam hanc noſtram omni amoris & officiorum genere, adeoque crebriori quoque literario affatu refocillatam & ſtabilitam videro. Quod reliqvum eſt, Excell. T. ex voto vivere & valere jubeo, manſurus.

Ejusdem Obſervantiſſ.
Crosnæ 24. Jan. An. 1660.

EPISTOLA IV.

De phthiſi.

Excellentiſſimo & Experientiſſimo
DN. D. FRIDERICO MOLLERO,
Medico Electorali in caſtro Cüſtrinenſi,
Fautori, Amico & Collegæ ſuo obſervando.
BALDASSAR TIMÆUS von Güldenklee.
S. P. D.

Excellentiſſime Vir, Amice & Colle-

Collega obſervande, amicitias etiam ſilentio quandoque diſſolvi, Euripides in Troadibus queritur; Idem ne pactæ olim inter nos, cum Sedini eſſemus, fidei eveniat, literario hoc affatu præcavendum duxi, quanquam triſti & niſi propitium Numen interveniat, luctuoſo mihi argumento: Etenim ut promam quod me premit; Conjux mea ante quinquennium & quod excurrit, ingraveſcente autumno in pleuritidem dextri lateris incidit, adeo vehementem, ut noctes dieſque usque ad decimum morbi inſomnes duceret; Excepit vigilias contumaciſſimas delirium eaque virium & naturæ jam quaſi ſuccumbentis debilitas, ut ſputum omne detineretur, nec quicquam per alvum urinasq; & ſudores evacuaretur; Undecimo ſupervenit ſomnꝰ profundus, qui cùm in tertium usq; diem ſine interruptione protenderetur, veterni metu, artis operâ excutiendus erat. Ex eo remiſêre lateris punctiones & reliqua ſymptomata omnia, ſubitâ quidem & adſtantibus plauſibili, at mihi valde ſuſpectâ mutatione: Etenim cum nihil materiæ rejectum vel per μετάστασιν, ut aliquando fit, ad parotides vel glandulas & articulos translatum eſſet, in empyema degeneraſſe facilè colligebam, ſuſpenſum tamen me tenuit reſpiratio ſatis libera, tuſſisque rara & per intervalla tantum leviter affligens, ſputum etiam album, tenue, paucum, fœtoris expers nec purulentum, præſertim cum & ægra melius indies habere videretur & brevi eousque revaleſceret, ut ad conſuetas operas rediret, & per integram hyemem & æſtatem ſubſequentem nihil prorſus eorum, quæ Empyematicos comitari ſolent, præter tuſſiculam, ſentiret, etiam quoad reliquam corporis conſtitutionem ſatis firma, vegeta, & ad quasvis actiones, quæ ſecundum naturam ſunt, expedita.

Interea dum ſic benè ſperamus, ecce circa ſolſtitium brumale magna ſaniei ſanguinisque rejicitur copia, manifeſtaque deinceps ſe produnt phthiſeos indicia, cui ſanandæ etſi multa & exquiſita hactenus adhibita ſint remedia, nihil tamen profectum, morbo indies in pejus vergente, ægrâque calore hectico totum corpus depaſcente, ad extremam fermè maciem redactâ, ut deſperata jam videatur ſanitas. Ego cum nihil intermiſerim quod ad morbi curationem quovis modo facere poterat, nec in totâ praxi meâ, quam triginta ſeptem annis exerceo, quempiam ulcere pulmonum affectum integræ ſanitati reſtitutum viderim, tandem in eam deveni ſententiam, phthiſin propriè ſic dictam, quæ cum pulmonis exulceratione conjungi-

tur, humanâ arte perfectè ſanari nõ poſſe, motus imprimis rationibus, quas adducit Galenus lib. 5. m. m. c. 7. & lib. 5. de loc. affect. non procul a fine: Avicennas lib. 3. Fen. 10. tr. 4. c. 8. Bruno Seidelius de morb. incurabilib. m. p. 20.

Equidem non ſum neſcius gloriari quosdam de morbi hujus victoriâ, verùm an perfecta & conſtans fuerit ſanatio, ob rationes à Galeno 5. m. m. c. 8. adductas, non parum ambigas; Quamvis enim interdum inducatur callus æger q; curatus videatur, levi tamen quavis occaſione, ut habet Galenus lib. 4. de loc. affect. c. 5. amovetur & ad priſtinam diſpoſitionem redeunt ægri: Nec de nihilo eſt quod monet Sennertus, decipi quandoq; Medicos, dum pulmonem exulceratum putant, cùm thorax ſaltem laboret & pituita in pulmonibus, in ſimilem puri ſubſtantiam, illæſis pulmonibus mutata ſit. Et quomodo ſanetur ulcus, cùm tuſſi, ſine quâ ſanies rejici nequit, pulmones ſubinde lacerentur, & medicamenta integris viribꝰ ad pulmones pervenire neutiquam poſſint. Ipſe Galenus 4. de loc affect. circa finem apertè fatetur, Homines pulmonibꝰ ulceratis effectos, & Antipatrum ipſum Medicum, non potuiſſe a ſe ſanari. Et paulò poſt ſubjungit, externas putridas partes abſcindere & urere poſſumus, pulmoni verò horum auxiliorum neutrum adhibere licet: Quapropter omnes ſic affectos perire neceſſe eſt. Hæc & alia quæ adducere nimis longum foret, me movent, ut omninò perſuaſum mihi habeam, ulcera pulmonum profunda inſanabilia eſſe, quatenus inſanabile pro eo ſumitur, quod ad priſtrinum ſtatum reduci nequit. Optarem equidem, cùm aliorum, tum ſuaviſſimæ Conjugis bono, ſecus ſe rem habere & exſtare aliquod morbi hujus remedium! Verùm in morbo deſperato quid voti juvat eſſe prodigum? Effundere tamen apud Te, Vir Excellentiſſime, volui has querelas, ut ab Amico ſolatium, à Medico conſilio ferrem; Utroque ſi me beaveris, ingens dolori noſtri ſuccreſcet lenimentum, quo ipſo & amoris eluceſcet conſtantia. Vale. Scribo Colbergæ pridiè Kalend. Auguſt. An. M. DC. LXI.

Nobiliſſimo & Excellentiſſimo

DN. BALDASSARI

TIMÆO von Güldenklee.

Sereniſſimi Electoris Brandenburgici Archiatro, Domino, Fautori, Collegæ & Amico ſuo obſervandiſſimo.

FRIDERICUS MOLLERUS, D.

S. P. D.

NObiliſſime & Excellentiſſime Vir, Domine Fautor, & Amice obſer-

ſervandiſſime, Amicitiam Sedini antehac inter nos contractam nihil decrementi ex infrequenti literarum commercio eſſe paſſam, nec paſſuram, non fallaci auguror conjectura, ſiquidem illa nititur honeſto (jucunda enim & utilis rarò altiores agit radices) & communi auxiliandi ſtudio, atque ideò ex ſententia Philoſophorum eſt vera & immortalis. Cujus intuitu merito me affligit Conjugis dilectiſſimæ morbus Chronicus, ſelectiſſima remedia elidens, infortunium ſanè non mediocre. Nihil magis in votis habeo, quàm ut aliquod remedium malo huic accommodum adforet. Verùm ejusdem ſemper fui ſententiæ, pulmones exulceratos nullam admittere ſanationem perfectam, calore hectico corpus depaſcente. Remedium ſi aliquod præſcribere conarer, cum Nobilisſimam T. Excellentiam omnibus ſalutaribus ſatis ſuperque inſtructam ſciam medicamentis, noctuam mitterem Athenas. Interea ut ſuavisſima Conjux diu adhuc ſuperſtes ſolatium ſenili miniſtret ætati, precor ex animo. Quàm graviter luctuoſus Conjugis diſceſſus Mariti afficiat animum, expertus ſum, cùm ante ſesquiannum mea fato fungeretur Uxor deſideratiſſima. Cujus inflicti vulneris, ſi aliqua obduci poterit, cicatricem aſpectus viduorum Matre liberorum ſubinde ſolet refricare. Patienter tamen quod mutari nequit, feramus, fas eſt. Mitto una concionis funebris exemplar, quod, quia abſente Bibliopego compingi non potuit, ne ipſi impolitiæ detur, rogat obnixè.

Gratiſſimo & laude digniſſimo edendarum obſervationum cum Nobiliſs. T. Excellentia occupatur opere, carmen annectare volui; equidem exiguum, cum vena mea Poëtica ferè omni exhauſta ſit ſanguine, attamen intemerati affectûs teſſeram. Quod, ut benevolâ excipiatur manu, voti mei caput eſt. Vale. Dabam Cüſtrinæ pridie Iduum Auguſti, Anni M. D. LXI.

EPISTOLA V.

De phthiſi & vermibus per vomitum & ſeceſſum rejectis.

Viro eminentisſimo

DN. D. GWERNERO ROLFINCIO

Philoſ. & Med. in almâ Salanâ Profeſſori celeberrimo, Seniori & Decano, Archiatro Saxo Vinarienſi, Domino, Fautori & Amico ſuſpiciendo.

BALDASSAR TIMÆUS von Güldenklee.

 Salu-

Salutem & Cultum.

POſtliminio quaſi & ſeriùs Tuis reſpondeo, Vir Excellentiſſime, Amice omnium deſideratiſſime, & hoc quidem non oblivione aut neglectu, ſed ſtudiò, veritus ne in publica peccem commoda, quibus augendis promovendisq; quàm ſtrenuè deſudes, ſublimioris ingenii, quæ profers, oſtendunt monumenta. Etſi autem multis nominibus gratæ mihi fuerint literæ tuæ, nullo tamen magis, quàm veteris amicitiæ & neceſſitudinis memoriâ, cujus perennitatē, ut meâ ex parte ſpondeo, ſic reciprocam mihi polliceor. Valdè inter alia placuit conſilium tuum de palpebrarum paralyſi, nec omiſiſſem ſectionem illam in modum crucis, tuo ſuaſu experiri, cum & ipſe æger annueret, imò expeteret, niſi reclamaſſet Conjux & liberi periculum exinde metuentes: Intereà quædam ab Excellentiſſimo Riverio præſcripta tentavimus, & inter hæc veſicatorium ex Cantharidibus toti capiti deraſo inſtar cucuphæ admovim⁹, ſed ſine ſucceſſu, quin potiꝰ ingenti cū dolore, quem ſuperveniens ſtranguria & poſtmodum mictio cruenta excitavit. Negat Sennert⁹ Cantharides extra applicatas veſicæ nocere & ſanguinis mictum excitare, verum aliud non ſolum in hoc ægro, ſed aliis obſervavi, raro tamen & tunc ſolummodo cum repetitum vel copioſiùs applicatæ eſſent.

Cæterùm ut etiā ex iis quæ domꝰ & Larium meorum ſunt, quædam apud te Amicum & Medicum promere liceat, ingens me premit calamitas ex morbo dilectiſſimæ Conjugis, quæ integro quinquennio, & quod excurrit phthiſi ex ulcere pulmonum decumbit. Adhibui varia & præſtantiſſima quævis contra hunc morbum, ut creditum hactenus eſt, facientia Medicamenta, ſed fruſtra & ſine juvamento; Hinc in eam tandem deveni ſententiam, phthiſin ex ulcere pulmonum incurabilem eſſe, non quidem propterea, quod in perpetuo ob reſpirationem motu eſt pulmo, ſed ob puris evacuationem, quæ cùm absq; tuſſi fieri non poſſit, non video quâ ratione conglutinari queat ulcꝰ. Medicamenta etiam quæ ulcerum curationi idonea ſunt, ulcus contingere nō poſſunt, & per medium intervallū vim ſuam amittunt, & quacunq; etiam qualitate ſunt prædita, nunquam huic affectui accomodari poſſunt. Etenim medicinæ frigidæ, ut habet Avicennas lib. 3. Fen. 10. tr. 4. c. 18. ſunt tardæ, nec penetrantes, calidæ augent febrem, exſiccativæ nō conveniunt hecticæ, humectativæ autē conſolidationem ulcerū prohibent. Id quod & Sylvaticus noſter obſervavit, cujus cent. 2. Conſil. 40. hæc ſunt verba: Cuilibet etiam leviter in arte verſato patere poteſt. Ulcus pulmonum Curationem non admittere, cum ratione loci in alto poſi-

poſiti, ad quem difficulter perveniunt medicamenta, tum & magis ob continuum motum pulmonum, non ſolùm ratione reſpirationis, ſed etiam ratione expulſionis materiæ per tuſſim, atque potiori ratione ob continuam fluxionem materiæ & indicationes contrarias à putridâ deſumptas, illis, quæ deſumuntur ac ulcere, exſiccantia poſtulante, quæ à putridâ & macie prohibentur. Et licet à Valeſcô de Taranta, Valeriola & aliis exempla quorundam hoc morbo ſanatorum adducantur, veram tamen & perfectam eam ſanationem fuiſſe, ob rationes a Galeno s. m. m. c. 8. allegatas, veriſimile non eſt. Quamvis enim interdum accidat, in ipſo ulcere fieri rem quandam calloſam, ita ut curatus videatur affectus, levi tamen quavis occaſione, ut ex Galeno 4. de loc. affect. cap. 5. habemus, hæc amovetur, & ad primam diſpoſitionem redeunt ægri.

Sæpe etiam decipiuntur Medici, dum pulmonem exulceratum putant, cum thorax ſaltem laboret, & pituita in pulmonibus cumulata, in ſimilem puri ſubſtantiam illæſis pulmonibus mutata ſit.

Quod autem nonnulli inter phthiſin incipientem & confirmatam diſtingunt, illamque curabilem, hanc exitioſam eſſe cenſent, negari quidem ſimpliciter non poteſt. Verùm quotusquisque latentem hunc affectum mox inter initia deprehendit. Eſt enim, ſi quis alius in principio cognitu perquam difficilis, & ſub ſpecie catarrhi plærisque imponit.

Sed eſt & aliud quod me ſollicitum tenet, modo querelas ſeu miſerias meas confidentiùs in ſinum tuum effundentem audire non ſit moleſtum.

Præter alia quæ tabidis ſupervenire ſolent ſymptomata, noviſſimè vehemens ægram prehendit præcordiorum anguſtia, cardialgiæ non abſimilis, paullò pòſt magna vermium minutiſſimorum, quales aſcarides eſſe ſolent, copia, vomitu, mox & per alvum rejecta, & excernuntur adhucdum quotidie plures, quandoq; etiam per tuſſim rejiciuntur non pauci, ut incertum ſit, quâ in corporis parte generentur; Sanè inſignem internorum putredinem adeſſe, nullum eſt dubium, & vereor non ſolùm inteſtinis, ſed & pulmonibus produci tetra hæc animalcula.

Quicquid ſit, rem fecerit Excell. Tua mihi gratiſſimam, ſi judicium ſuum de his, non minus ac de morbo principali mihi expoſuerit, & ut exponat transmittatque obnixè rogo. Optarim & remedium, ſed fermè deſpero; Si tamen ſingulare quid circa

circa utrumque affectum Exc. Tua, obſervavit, quæſo in miſeræ ſolatium Conjugis communicet, & ſic quàm optimè valeat. Scribo pridie Nonarum Julii Anno M. DC. LXI.

Nobiliſſimo & Experientisſimo
DN. BALDASSARI TIMÆO de GÜLDENKLEE,
Fautori obſervando
DN. GVERNERUS ROLFINCIUS, D.
S. P. D.

NObiliſſime, Excellentiſſime Vir, Fautor obſervande, gratæ fuere tuæ incolumitatis nunciæ literæ. De invaletudine dilectæ uxoris doleo. Nihil moneo, quia literæ tuæ incuriâ ſepoſitæ, ut earum compos jam fieri nequeam, aliàs lubens gratificarer.

Non intermittam tamen primâ occaſione. Interea loco carminis mitto epiſtolium caſibus tuis, ſi ita viſum fuerit præfigendum. DEUS te ſervet. Dabam Jenæ XV. Kal. Septembris. Anno M. DC. LXI.

EPISTOLA VI.
De phthiſi ex Ulcere pulmonum.

Nobilisſimo & Excellentisſimo
DN. BALDASSARI TIMÆO de GÜLDENKLEE.
Domino & Amico ſuo obſervandiſſimo,
JACOBUS FABER, D.
S. P. D.

EXcellentiſſime Vir, Domine & Amice Honorande, non dubito Illuſtrem Dominum Campimareſchallum tuâ interceſſione minus ægre laturum, quod conſultationi hodiernæ non interfuerim: Etſi enim id heſternâ die promiſerim, tamen ob gravem pectoris pulmonumque affectum, tuſſim moleſtisſimam, difficilem reſpirationem aliaque ſymptomata, quibus & febris hâc nocte acceſſit, lecto ſurgere non valeo, multo minus domo egredi. Diu jam eſt, quod ex catarrho acri & ſalſo pulmones exulcerante phthiſin contraxi, cui ſanandæ etſi omnem impenderim operam, multaque cùm à celebrioribus Practicis, tum à me ipſo excogitata uſurpaverim remedia, nihil tamen obtinui, malo indies in pejus labente, adeò ut planè jam deſperem. Incurabile enim hoc malum eſſe in me ſentio & in aliis ſæpè expertus ſum. Et quomodo ſanentur pulmones, qui in perpetuo ſunt motu & tuſſi ſubinde lacerantur, cùm & medicamenta integris viribus ad locum affectum penetrare non poſſint: O quàm verè olim Galenus 4. de locis affectis non procul à fine; Omnes pulmonum

num exulceratione affectos perire neceſſe eſt. Mi e quidem Celſus navigationes longas commendat, ſed puta illas intelligi, quibus per Acherontem, ſtygem & Cocytum ad campos Elyſios trajicitur, & unde, ut Seneca loquitur, nemo cum ſemel venit, potuit reverti.

Equidem non alio me ab hoc malo liberatum iri remedio, jam prævideo ac proinde vaſa colligo, tranare paratus quando ſummo illi Navarchæ placuerit, utinam facili & beato ad cœleſtia tranſitu! Tu interea, mi Amice, melius vale, ut per Te & alii, maximè Illuſtris Dominus Campi-Mareſchallus valeat! Scribo ægrâ manu capularius ſenex. Sedini die XV. Julii Anno M. DC. XXXVIII.

EPISTOLA VII.

De Peripnevmonia.

Ad

Excellentisſimum & Clarisſimum

DN. D. JOHANNEM MARCUM PRACTICUM COSLINENSEM &c.

Libellos, quos nuper mihi communicaſti Clariſſime Domine Doctor, Fautor & Amice honorande, non ſine voluptate legi, imprimis Dubravium de piſcinis & brevi faciam periculum in poſitione ſeminariorum pro Cyprinis in Hortulino meo: Valde enim delector hoc genere piſcium, quamvis ſciam non parum ſucci excrementitii continere. Sanis omnia ſana, & quæ ventriculus avidè appetit, plerumque bene concoquit, modo abſit nimium illud, naturæ inimicum.

De morbo & morte Pharmacopœi noſtri Domini Laurentii Trederi, Viri ſanè integerrimi & ſolertiſſimi, breviter hæc habe.

Die XXV. Octobris circa meridiem inſigni quadam pectoris anguſtiâ cum dolore gravatico ad ſpinam usque pertingente ſubitò prehendebatur; adeò ut non niſi erectus ſpiritum ducere poſſet crebrâ cum anhelatione. Ego ſub veſperam accerſitus, pulſum deprehendi magnum & languidum, facies & genæ rubore videbantur ſuffuſæ, oculi & venæ temporum tumidæ, tuſſiebat ſæpè & ferociter, maxime vero de reſpirationis difficultate & ſiti quærebatur. Febri namque ardebat acutiſſimâ.

De his omnibus cum pulmonum inflammatione ſive peripnevmoniâ ægrum affici haud obſcurè colligerem, illicò ad revellendum, evacuandumque affluentem ſanguinem phlebotomiam baſilicæ in brachio inſtitui. Mox & Enema

ma ad avertendum à pectore materiæ impetum præſcripſi.

Hinc omni conatu in id incubui, ut pectus à moleſtiſſimo liberaretur onere, febrilisque ardor vires admodum dejiciens, reſtingueretur. Exhibitur hoc nomine potiunculâ.

℞. *Syr. ex ſucc. violar.* ℥iiij.
flor. Rhead. ℥ij.
Spir. 🜖*is acid. gt. XXI.*

M. Exactiſſimè ut colorem acquirant purpureum, poſtea add.

Aq. farfar. ſcabioſ. Capill. ♀*is*
Card. bened. fragor.
Papav. erratic. ana ℥iiiß.

Miſc. pro ſex doſibus, manè, poſt meridiem & veſperi aſſumendis.

Interea ſingulis horarum momentis ad accelerandam materiæ maturitatem, promovendasque expectorationes tantillum Eclegmatis datum eſt.

℞. *Syr. capill.* ♀*is, Violar. ana* ℥ij.
Syr. de liquirit. Hyſſop. ana ℥i.
praſſ. ℥ß.
Succ. liquir. depurat. ʒi.
Aq. tuſſilagin. ſcabioſ.
Violar. ana ℥ß. *M. F. lambitivum.*

Cum ſputum eſſet valdè crudum & tenax, Looch de caulibus cum tantillo oxymellis ſimplicis ſæpiuſcule delibandum commendavi.

His ita præmiſſis ad ferventiores humores ſubducendos lenitivum ex decocto pectorali, caſſiâ & ſyrupo violarum ſolutivo exhibui, repetito ſubinde alterantium & expectorantium uſu, quo fine & topica quædam ex lenientium, emollientium & diſcutientium cenſu adhibita.

Pro virium refectione aquam meam cordialem frigidam cum Julepo violarum & confectione Alkermes per intervalla aſſumendam præſcripſi.

Ad ſitim quæ vehementer urgebat compeſcendam dedi Jolabium pectori & palato non ingratum.

℞. *Rad. liquirit. ſuccul.* ʒiij.
Sem. fænicul. ʒi.
Sacchar. cand. alb. ℥ij.
Aq. fontan. ℔vi.

Ebulliant ſemel atque iterum; In colatur. diſſolv.

Syr. violar.
flor. Rhead. ana ℥ij.
Spir. 🜖*is gt. XXV. M.*

Victus rationem laudavi humectantem & refrigerantem ex cremore ptiſanæ hordeaceæ, juſculis conſumatis gallorum, caponum, carnium vitulinarum, amygdalarum dulciũ & aliis optimè nutrientibus quibus ſubinde aliquid ſucci granatorum dulcium additum. Sed fruſtrà omnia; proſtratis namque morbi & ſymptomatum violentiâ viribus die ſeptimo morbi Fatis conceſſit Vir optimus, cujus animæ bene ſit in Domino.

In

In defuncti locum ſurrogatus eſt a Senatu filius Antonius, artis pharmaceuticæ ſatis peritus. Alter enim natu major Pforzheimii peſte extinctus eſt.

Si etiam illi moriuntur qui Pronæam domi habent in pyxide & panacæas ipſi fingunt manibus.

Audio & veſtrum pharmacopœum gravi morbo detineri: Curet nunc ſeipſum Medicus; noſti enim quam temerario auſu falcem in noſtram etiam meſſem immittat πολυπραγμων. Vale ſcribo Colbergæ d. XI. Decemb. Anno M.DC.XXXVI.

EPISTOLA VIII.

De pleuritide periculosâ.

DN. CHRISTIANO TIMÆO von Güldenklee.

Fratri unico

BALDASS. TIMÆUS V. G.

S. P. D.

Conjux mea, dilecte Frater, pleuritide dextri lateris lethaliter decumbit, nec ulla ſalutis ſpes, præter divinum auxilium, ſupereſt, cùm & ſputum omne retineatur, calorq; febrilis intenſiſſimo & continuo æſtu radicale humidum in extenuato corpuſculo totum exurat, quin & vigiliæ perpetuæ, punctiones pectoris acutiſſimæ, tuſſis moleſtiſſima aliaq; ſymptomata graviſſima vires dejiciant, omniaq; interitum minentur. Ego verò mœrore ferè non conſumor, oblitus comedere panem meum; & brevi defunctam ſequar, non equidem invitus, ſed ex voto promptoq; & parato animo.

Tu interea, mi Frater, lachrymis meis preces tuas miſcebis, Deum veneratus, mihi dulciſſimam Conjugem, liberis matrem deſideratisſimam maximeque neceſſariam, forſan & tibi, dilecte Frater, amicam, quantum novi, nunquam non benè cupientem, ſervet, & ex Acheruſiâ palude potenti ſuo brachio retrahat ac liberet.

Cæterum ut deſcriptionem tincturæ meæ antipleuriticæ mihi transmittas peto. Memini enim penuario meo pharmaceutico, quod penes Te eſt, inſertam. Manuſcripta autem mea inter has anguſtias perquirere non poſſum. Vale. Scribo triſti conſternatoq; animo. Colbergæ die VI. Novembr. Anno M. DC. LVI.

Deſcriptio Tincturæ antipleuriticæ.

℞. *Flor. papav. errat.* Mij.
Affund. aq. Taraxic.
ſcabioſ.
Card. ben. ana ℔i.
heder. terreſtr. ℔ß.
Spir. 🜍is, q. s. ad gratam aciditatem; Mixta ſtent in loco calido per Horas vii. poſtea filtrent. Add.
Syr. flor. Rhœad. ℥iij.
Succ. Sanguiſorb. depurat. ℥ij. M.

EPISTOLA IX.

De compendioſâ pleuritidis curatione.

Ad

Ampliſſimum & Conſultiſſimum

DN. GEORGIUM CYRIACUM.

Dicaſterii Schiefelbeinenſis Præſidem &c.

Ampliſſime & Conſultiſſime Vir, Amice ſuaviſſime, quæ contra tuſſim nuper miſi pharmaca bene ceſſiſſe, gratum eſt: Nunc pleuritidis, cui te obnoxium ſcribis, ſuccinctam & ſæpius à me expertam curationem ſic habe.

I.

Quamprimum dolor pungitivus ſive in dextero ſive ſiniſtro latere cum tuſſi, reſpiratione frequenti, & calore totius ſeu febri percipitur, hæc enim pathognomonica hujus morbi ſigna ſunt, illico vena in brachio lateris oppoſiti ad revulſionem aperienda, ita tamẽn ut poſtea etiam in brachio lateris affecti derivationis gratia ſanguis mittatur, ſi vires ferant, nihilque prohibeant.

II.

Hinc ſi ex ſanguine detracto aut aliis indiciis cacochimiam ſubeſſe conſtat, lene aliquod purgans ex decocto foliorum ſenæ cum paſſulis aut mannâ vel caſſiâ exhibendum; ſin minus ſufficit Enemate alvum eluere apertamque ſervare.

III.

Poſtmodum alterantia & ſpecifica antiplevritica aſſumenda, quibus & expectorantia et ſpuitionemque promoventia, admiſcenda. Si materia ſit tenuis & acris, paretur tale decoctum.

℞. *Rad. althea. liquirit. ana* ℥ß.
Flor. bellid. violar. papav. errat. bugloſſ. ana mß.
Paſſul. minor. ℥i.
Jujub. Sebaſten ana No. IX.
Sem. 4. frig. maj. ana ʒi.
Malvæ ʒiß.

Inciſa ex conquaſſ. coq. ex s. q. aq. hordei.

℞. *Colatur.* ℔iß. *Add.*
Syr. violar. de jujub.
Flor. Rhead. ana ℥i.
Spir. ♀is acidi gt. XXV.

M. Detur hauſtus manè & veſperi: reliquo tempore proderit ſæpiuſculè mixturæ ſequentis cochlear unum atq; alterum delibare.

℞. *Aq. noſtr. antipleurit.* ℥iiij.
Card. bened.
Scabioſæ ana ℥ij.
Syrup. violar.
flor. Rhead. ana ℥i.

Succ. citr. accidi q. s. ad gratum & ſubacidum ſaporem. Ne mirere quod ſuccum citri ad aciditatem usque levem admiſceam: Egregiè enim expectorationes promovet, calorem febrilem temperat, & ſi quæ ſubeſt malignitas eidem reſiſtit, id quod expertus ſcribo. Utiles

les ſunt etiam in materiâ tenui Rotulæ diatragacanthi frigidi, & Sacchar. violatum cryſtalliſatum.

Si materia craſſa ſit & tenax, propinetur ſequens mixtura.

℞. *Aq. ſcabioſ.*
Card. bened. ana ℥iiij.
veronic.
tuſilagin. ana ℥iij.
Syr. de liquirit.
Capill. ♀is
de hyſſopo ana ℥iß.
Oxymel. ſimpl. ℥ij.

M. pro 5. doſib. manè & veſperi ſumendis.

Interea ſingulis ferè horarum momentis delibet Looch de farfara vel rotulas diaireos aut pectorales noſtras.

In utrâque causâ prodeſt pulvis noſter antipleuriticus ex aquâ florum Chamæm. ſemel vel bis de die aſſumtus; Nec minoris efficaciæ eſt Emulſio.

℞. *Sem. Card. bened.*
Card. Mar. ana ʒiiß.
papav. alb.
Melon. excorticat. ana ʒiß.
Aq. Card. Mariæ ℥iiij.
papav. errat.
Scabioſ. ana ℥iß.
Hyſſopi ℥i.
M. F. Emulſio
Add.
Pulv. noſtr. pleuritic. ʒi.
Sacch. cand. violat. ℥ß. *M.*

IV.

Extra applicentur quæ dolorem leniunt, & materiæ concoctionem promovent.

℞. *Medull. cervin.*
Ol. chamæmel.
amygd. dulc. ana ℥ß.
Ungvent. dialth. ʒvi.
Ceræ parum M. F.
linimentum.

Si dolor ſit vehemens applicetur Emplaſtrum diachylon ſimplex alutæ tenui inductum, quod nunquã non ſalutare deprehendi omiſſis omnib᷒ aliis topicis. V.

Dum hæc fiunt vires ſubinde reficiantur, partim medicamentis cordialibus & confortantibus, partim alimentis.

Inter cordialia excellit aqua mea cordialis frigida cum ſyrupo violarum edulcorata, Emulſio perlarum Cratonis & confectio Alkermes.

Inter alimenta primatum in hoc morbo obtinet ptiſana hordeacea, & Emulſiones amygdalorũ dulciũ cum aquâ hordei & Saccharo cand. præparatæ. Juſcula item cereviſiarũ tenuium & carnium cum ovi luteo & Saccharo cand.

Morbo remittente & carnes pullorum, caponum, gallorum, aviũ & piſcium ſalubrium concedi poſſunt. Exulent calida, acria, ſalſa & adſtringentia. Vinum ante declinationem morbi non permittatur.

Potus vitetur frigidus actu, confert

fert cereviſia tenuis & imprimis Hydromel cum aceto & Saccharo in hunc modum præparatum.

℞. *Mell. virgin.* ℥ij.
Sacchar. albiſſ. ℥iß.
Acet. vin. optim. ℥ij.
Aq. fontan. puriſſ. ℔vi.

Coquantur & probè deſpumentur, poſteà colentur.

Hac methodo, hisque remediis quam plurimos feliciter curavi, nec memini quenquam ex pleuritide mortuum, qui tempeſtivè & ex præſcripto his medicinis uſus eſt.

Cæterum cùm melius ſit, ut Jurisconſulti loqvuntur, intacta ſervare jura, quam poſt vulneratam cauſam quærere remedium, ſvadeo temperanter & ſobriè vivas, omnia cruda, excrementitia & quæ difficilis ſunt concoctionis & pravi ſucci, ut & calida, ſalſa, acria &c. devites, & ne humores vitioſi præſertim bilioſi cumulentur, ſingulis annis verno & autumnali tempore leni pharmaco corpus evacues, quin & phlebotomiam ob calidam jecoris intemperiem & plethoram admittas. Interea à vini quoq; meracioris largiore potu, ab exercitiis corporis vehementioribus, ab intenſo frigore & æſtu, & imprimis à nimiâ vocis contentione abſtineas, quæ in foro & judiciis non ſolet eſſe infrequens, & Hortenſio Oratori pleuritidem & ex hac mortem intulit.

Hæc breviter & candidè circa curationem & præſervationem acutiſſimi hujus morbi monere volui; DEUM precatus non ſolum ab hac, quam metuis, laterum ægritudine, ſed & aliis morborum inſultibus diutiſſimè immunem præſtet! Vale. Scribo Colbergæ d. XXVI. Novemb. Anni M. DC. XXV.

EPISTOLA X.

De Febri malignâ cum ſuſpicione pleuritidis.

DN. BALDASSARI TIMÆO V.G.
Medico Electorali.
CHRISTOPHORUS COCHIUS, D.
S. P. D.

INvitus iſtas ad Te occupatiſſimum mitto, precibus Viri cujusdam Nobilis adduct⁹: Filius namq; ejus ante triduum rigore primum, mox ingenti calore toti⁹, cum præcordiorum anguſtiâ, reſpiratione difficili, vigiliis, ſiti incompeſcibili, ciborum faſtidio & nauſeâ, aliisque ſymptomatibus graviſſimis, apud nos decumbere cœpit: Heri de lateris ſiniſtro dolore quæſtus tuſſit & pituitoſa rejicit ſanguine miſta; Alvus cum adſtricta eſſet, clyſtere injecto multa egeſſit aduſta & fœtida. Nocte præteritâ bis paſſus eſt deliquium, ſed leve. Videtur pleuritis ſubeſſe, ſed punctiones laterũ ſunt nullæ, quales in hoc affectu ſolent

ſolent, dolet tamen pectus. Tu, Mi Amice, tuum judicium nos doce, & medicamentorum quicquid ex uſu videbitur, transmitte, noſti namq; quam pharmacopolio noſtro ſit curta ſupellex, quin & de venæſectione quid in hoc caſu ſtatuas adſcribe. Octodecim annorum eſt ægrotus, conſtitutione corporis ſatis firmâ. Laxativum die morbi ſecundo exhibui bono ſucceſſu. Cæterum vale, Vir Excellentiſſime, & Tui obſervantiſſimum ama. Dab. Rugenwaldæ d. XXI. Februa. An. M. DC. XXXII.

Excellenti & Clariſſimo
VIRO
DN. CHRISTOPHORO COCHIO,
Phil. & Medic. D.
Amico & conterraneo
ſuo dilecto
BALDASSAR TIMÆUS V. G.
S. P. D.

Affectum quem deſcribis, amiciſſime Fautor, febrim acutam, continuam & cũ malignitate quadam conjunctam eſſe ex ſignis abundè conſtat. De pleuritide verò dubitari poteſt, cum abſit dolor lateris punctorius; Quia tamen tuſſis cũ ſputo ſubcruento, difficili reſpiratione & calore totius ægrum affligit, nec laterum dolor omnis abeſt, cautè procedendum: Solent enim punctiones inter initia apud quosdam non eſſe adeò vehementes, præſertim ſi ſangvis pituitoſus occaſionem malo dederit. Tutiſſimum erit iis, quæ febribus malignis conveniunt miſcere antipleuritica & thoracica, præſertim cum pectus multis viſcidis & pituitoſis humoribus ſcateat.

Evacuato igitur corpore, quod jam factum eſſe ſcribis, commodè exhibebis Emulſionem Cratonis ex ſeminib⁹ Cardui benedict. Card. Mariæ, napi, citri &c. cum aquis cõvenientibus extractam, addito pulvere noſtro antipleuritico & lapide Bezoar, cujus quanta in febribus malignis & pleuritide ſit vis, ex Guilhelm. Fabricio Cent. 4. obſervat. 25. procul dubio noſti, ſitim compeſces modò decoctum Cornu Cervi cum Syrupo acetoſitatis citri & flor. Rheados, modò Tincturam noſtram antipleuriticam per vices exhibendo, & cùm materia ſit craſſa & viſcida, ſubinde aliquid incidentium expectorationesque promoventium admiſcebis, quin & pectus & latera linimento convenienti inungenda, maximè artem malignitati per Bezoardica reſiſtendum, quo fine & cordialia ſæpiuſcule exhibenda, inter quæ excellit aqua noſtra cordialis ex ſuccis, addito tantillo confectionis de hyacyntho vel Alkermes.

Venæſectioni amplius vix locus eſt elapſo jam ni fallor quintiduo & inſtãte criſi. Plura nõ addo, ne noctuas Athenas. Vale ſcribo occupatiſſi-

tiſſimus. Colbergæ. d. XXII. Februar. Anni. M. DC. XXXII.

EPISTOLA XI.

De Aſthmate.

ad

Clariſsimum & doctiſsimum

VIRUM

DN. GEORGIUM RABENIUM.

Scholæ Treptovienſis Rectorem.

ASthma, cum quo colluctaris, Clariſſime Vir, Amice dilecte, ab humore pituitoſo, viſcido & craſſo, bronchia pulmonū pertinaciter obſtruente & comprimente excitatur, id quod ex difficili & anhelosâ reſpiratione cum ſtertore, ſtrepitu & tuſſi conſtat.

Noctu autem exacerbatur, quia hoc tempore pituita movetur. Curatu perquam difficile eſt, præſertim in hac ætate, qua quinquagenario major es, ſenes enim ſecundum Hippocratem 2. aphor. 40. Aſthma ferè comitatur ad mortem.

Utut ſit, non tamen omninò deſpondendus animus modò vires integræ ſint & firmæ. Multa mihi cum hoc hoſte lucta, obtinui tamen quandoque in conflictu palmam.

Aciem ſic inſtruxi.

1. Ægrum elevato capite & pectore in loco mediocriter calido, magis tamen ad frigiditatem inclinante, collocandum præcepi.

2. Mox ad revulſionem humorum ſuperna petentium frictiones magnas & ligaturas in partibus inferioribus inſtitui.

3. Hinc thoracem oleo amygdalarum dulcium, irino & cheirino invicem cum extracto croci mixtis, largiùs & repetitim inunxi.

4. Ex hoc dedi potiunculam ex ammoniaco, quæ ſic habet:

℞. *Aq. hyſſop.* ℥iiij.
Vin. Rhenan. alb. ℥ij.
Diſſolv. in his ſupr. ign. lent.
Gumm. ammoniac. ʒiß.

M. F. potiuncula pro 2. doſib. Sed ut quod res eſt fatear, magis profuit ſperma Ceti ex cereviſiâ calidâ drachmæ unius pondere ſumtum.

Plura ſunt quæ hinc inde à Practicis commendantur, ut oxymel ſquilliticum, oleum Amygdalarum dulcium, angelicæ, ſyrupus Nicotianæ, Decoctum Zedoariæ, Extractum Card. benedicti, Enulæ, Gentianæ, Croci, Balſamus 🜍is, flores aſæ ducis, oleum Magiſtrale Sacchari, Aqua Aſthmatica Rudolphi Imperatoris & alia, ſed pauca ex his famam ſuſtinent. Inſtar omnium eſt ſperma Ceti, quod me nunquam fefellit, modo non ſit rancidum.

5. Ad revellendam è pectore mate-

materiam alvum balano acri vel Enemate ſollicitavi ex decocto conveniente, addito agarico, hierâ ſimplici, ſale gemmæ, vel croco metallorum, proſtratis tamen virib', monente Septalio, ab his abſtinui.

6. Venæſectionem raró tentavi niſi in robuſtis & plethoricis, ſatiùs eſſe ratus eandem in tempus intermiſſionis differre, niſi ſumma urgeat neceſſitas. Cucurbitulas tamen revulſionis & averſionis gratiâ applicandas interdum conſului, nec ſine ſucceſſu.

7. Interea ad ſitim, quæ ægros propter crebriorem reſpirationem vehementer urgere ſolet, reſtinguendam, & pituitæ excretionem promovendam exhibui Emulſum Enulatum;

℞. *Condit. rad. Enulæ* ℥iß.
Cort. citri
aurant. ana ℥ß.
Inciſa contundent. in mortar. poſteà affund.
Aq. Veronic.
Card. bened.
Scabioſ. ana ℥iiij.
Exprimantur fortiſſimè & colentur.
Add.
Aq. Cinnam. ℥i.
Aſthmat. Rudolph.
Imperat. ℥ß. M.

His tempore acceſſionis feliciter hactenus uſus ſum: Extra paroxyſmum autem præſcripſi.

1. Ad viarum communium ductûs eluendos Enema conveniens vel pulviſculum ex foliis ſenæ Cremore ♀ri & fœculâ Aaronis.

2. Ad præparationem humoris pituitoſi, craſſi & viſcidi attenuantia & incidentia additis moderatè calefacientibus & humectantibus, qualia ſunt ſyrupus de liquiritiâ Capill. ♀is, de Marubio, Hyſſopo, oxymel ſquilliticum, Looch ſanum & expertum, &c.

3. Humores præparatos primò mitioribus, pulvere ſcilicet Aſthmatico purgante Rulandi, vel pilulis de Ammoniaco Cratonis, infuſo Agarici, decocto noſtro laxativo &c. Deinde fortioribus expurgavi pilulis nimirum de hiera cum agarico, cochiis, ſine quibus, Extracto Panchimagogo Crollii, vel phlegmagogo noſtro &c.

4. Evacuatis craſſioribus totius corporis, maximè verò & pectoris impuritatibus ad materiæ reliquias abſumendas, intemperiemque frigidam & humidam corrigendam exhibui decoctum Guajaci & Saſſafras cum liquiritia, additis & pectoralibus & contra affectum hunc ſpecialiter facientibus.

5. Interea ad expectorationes promovendas præſcripſi lambitivũ,
℞. *Flor. Benzoi gr. XI.*
Extract. Enul. ℈ij.
Eſſent. croci gr. XV.
Succ. liquirit. depurat. ℥iij.

Syr. de hyſſopo ℥iß.
Looch. ſan. & expert. ℥iij.
M. F. Eclegma.

Hoc fine & pectoris inunctiones inſtitui ex tali linimento.

℞. *Medull. cervin.*
Pingued. Capon. ana ℥ß.
Unguent. dialth. ℥vj.
Ol. Lil. albor.
Cheirin.
amygd. dulc. ana ℥ß.
Pulv. Ireos Florent.
Enulæ ana ʒi.
Croci ℈i.
Ceræ parum. M. F.
Linimentum molle.

6. Cum in Aſthmate pituitoſo ventriculus plerumque laboret, commendavi Elixir ſtomachale Matthioli, aquam vitæ Anglicam, Zingiber in Chinâ conditum, radices Enulæ conditas, Elixir proprietatis P. Eſſentiam diatr. piper. Zedoariæ, galangæ &c.

A paſtu delibandam obtuli tragæam, quæ & vapores reprimit & flatûs diſcutit.

℞. *Liquirit. raſæ* ʒiij.
Caſſiæ ligneæ ʒi.
Sem. coriandr. ✢ *præpar.* ʒiß.
Cubebar. ʒi.
Anis.
fœnicul. ana ʒij.
Rad. Ireos florent. ʒiß.
Sacch. cand. alb. ʒiiij.
Ol. ſtillat. fœnicul. gr. XI.
Cinam. gr. VII.
M. F. pulvis.

Victum laudavi moderatè calefacientem & ex parte humectantē, cibos boni ſucci, & quadam incidendi, attenuandi, abſtergendi vi præditos, piſcium frequenti eſu, leguminibus, lacticiniis, fructib⁹ horariis &c. interdixi.

Pro potu ordinario commendavi cereviſiam melioris grani, bene coctam & ſatis defecatam cum ſalviâ, roremarino, floribus hyſſopi & radicib⁹ Enulæ medicatam: Vinum tenue, ſubdulce, hydromel Finnicum vel Lithvanicum Lippienſe. Somnum meridianum & qui mox à cibo initur, lucubrationes, omnesque animi & corporis vehementiores mot⁹ prorſus damnavi, maximè verò crapulam & commeſſationes.

Et ſic in multis invaſionum frequentiam & vehementiam inhibui, penitus autem ab hoc malo liberare neminem hucusq; potui, id quod ingenuè fateor. Rectè veteres:

Hydrops & Aſthma
Mirabile phantaſma
Quod nullum curat cataplaſma.

Cæterùm hæc tibi Viro Philoſopho ſcribo, nō Medico, ne noctuas Athenas. Audio enim & Te olim Medicinam feciſſe; ſed cur deſeruiſti hoc ſtudium? forſan quia non ſucceſſit, id quod & Gerhardum movit ut ex caſtris Machaoniis transfuga, Theologiæ ſe manciparet, magno tamē cum Eccleſiæ bono; Procul dubio & Te ſcholis & informandæ juventuti utiliorem DEUS prævidit. Sumus

mus telum in manu Domini, ille nos emittit quo vult: Nec cujusvis eſt, eſſe Medicũ niſi à natura factus ſit ingenium στοχαστικόν; Eſt enim aliquid in Medicinâ, quod nec ſcribi, nec dici poteſt; quamvis non minus arduum ſit, imò plus, quam Trojam capere.

τοῖς παισὶ χρήσιμα εἰπεῖν.

Maneamus quisque in ſtatione in quâ nos DEUS collocavit, nec falcem mittamus in alienam messem. Rectè Siracides cap. 3. Quæ præcepit tibi DEUS, illa cogita ſemper & in operibus alienis ne fueris curioſus.

Atque utinam moniti hujus memores forent Medicaſtri, quorum hodiè plurimos & ex omnium hominum ordine alit Pomerania noſtra, forſan & quævis terra.

Nullos tamen magis deteſtor, quàm Paſtores ſive Concionatores quosdam, qui cùm animarum ſaluti conſulere debebant, officii ſanè graviſſimi immemores corporum curam, exigui lucelli gratiâ ad ſe rapiunt, & ſic, ut Auguſtinus loquitur, corpus ante tempus deſtruunt & animam ædificant ad Gehennam.

Elegans de his Viri Excellentiſſimi D. Georgii Kirſtenii exſtat cenſura, in quâ acquieſco, & Te, Clariſſime Vir, qui tempeſtiviùs ſapere didiciſti, meliùs etiam & longiùs valere precor.

Dab. Colbergæ d. XV. Septembr. An. M. DC. XXVII.

EPISTOLA XII.

De eodem affectu.

DN. BALDASSARI TIMÆO, von Güldenklee.

Fratri unico

CHRISTIANUS TIMÆUS V. G.

Salutem & Amorem.

NOn poſſum equidem non gratari Tibi, Frater chariſſime tuæque conjugi de redditâ huic meliori valetudine, DEUM precatus, porrò eam ſervet & omne malum à domo tuâ avertat!

Cæterum vellem ſi tantum temporis negotiis tuis ſubinde cumulatiſſimis contrahere licet, de Conſulis noſtri Pagencopii morbo quid ſentias mihi aperires. Aſthmate à multis jam annis laboravit; Aſt gravius affligi hac demum hyeme cœpit, adeò quidem ut lecto affixum malum teneat: Acceſſerunt hypochondriorũ & pedum tumor, anorexia, ructus copioſi & anxietas. Nudius tertius cum anxiè admodum totam egiſſet noctem, manè vomuit, atque exinde ſine motu decumbit, omni deſperatâ ope, nec quicquam medicamentorum ampliùs admittit. Ego ſeptuagenarium ſenem ita affectum brevi peracturum puto vitæ fabulam: Tu, mi Frater, mentem tuam ut aperias iterum

rum rogo, & ſic Te cum tuis belliſſimè vivere & valere precor. Treptoæ Kal. Febr. An. M.DC.LIII.

DN. CHRISTIANO TIMÆO V. G.

Fratri dilecto

BALDASSAR TIMÆUS, von Güldenklee.

Salutem & amorem perpetuum.

CApra nondum peperit & hædus ludit in tectis. Sic Tu, mi Frater, de recuperatâ Conjugis meæ valetudine gratularis, cùm periculo nunquam fuerit vicinior: Criticum enim hodie agit ex ſeptenario ſecundum, cum ſignis non adeò fidis. Deus in infirmitate potens roboret miſeram ſervetque cùm noſtro, tum tuo etiam bono! Conſulem veſtrum Aſthmaticum quod attinet, noſti in ſenibus morbum hunc plerumque eſſe incurabilem, accedente imprimis cacochymia, quam hypochondriorum & pedum tumor aliaq; ſatis produnt indicia.

Si tamen in gratiam ægri & amicorum aliquid agendũ, cautè agendum, ne mors, quantum mihi videtur jam propinqua errori imputetur. Purgantia prohibet extrema virium imbecillitas, quæ ſi præter ſpem remiſerit, laxantibus & quidem mitioribus inſtituenda, ſin minus, omittenda evacuatio.

Expectorantia, ut noſti, fruſtra exhibentur, naturâ ad expulſionem deficiente.

Tutiſſimum erit ægrum morti vicinum prognoſtico relinquere, & cordialibus ſolummodò inhærere, quibus ſubinde & Aſthmatica miſceri poterunt, qualis eſt Aqua Rudolphi Imperatoris ſenibus & phlegmaticis valdè conveniens. Equidem in paroxyſmo nihil efficacius deprehendi ſpermate ceti ex cereviſiâ calidâ pondere drachmæ unius aſſumto. Excellit & gummi ammoniacum in aquâ hyſſopi ſolutum, ſed hoc expultricem valdè ſtimulat, cui ſi vires non ſufficiunt, minùs tutò exhibetur.

Tu quid porrò in ſene Acherontico facto opus ſit optimè videris. Dab. Colbergæ d. 2. Februar. M. DC. LIII.

EPISTOLA XIII.

De Compreſſione & anguſtia pectoris.

Ad

DN. GEORGIUM à WINTERFELDT,

Ordinis Teutonici S. Johannis Equitem & Commendatorem Schiefelbeinenſem; Sereniſſimi Electoris Brandeburgici Conſiliarium & Præſidem Neo-Marchiæ &c. Dominum in Neuenhauſs, Dalmin & Freyenſtein &c.

Wolwürdiger/Hoch-Edelgebohrner / Geſtrenger/ Mannveſter/ Inſonders Hochgeehrter Herr Landvoigt. Demſelben ſind meine gefliſſene Dienſte neben Wündſchung guter Geſundheit und erfreulichen Wolergehens ſtets bevor / und habe nicht ſonder compaſſion vernommen / wie daß E. W. und G. zum öfftern / inſonderheit / wenn ſie ſich ſtarck bewegen oder geſchwinde gehen eine ſonderliche Angſt / Drücken und Beſchwernüß der Bruſt befinden und dannenhero mein conſilium begehren. Ob ich mich nun zwar hiemit gerne verſchonet / ſehen möchte / ſintemahl E. W. und G. viel vornehme Medicos ihres Orts zur Hand haben / welche deroſelbèn mit gutem Rath und Hülffmitteln in præſentiâ weit beſſer beyſtändig ſeyn mögen/ als in ſo ferner Abgelegenheit von mir geſchehen kan; Habe ich dennoch nicht unterlaſſen wollen / meine Schuldigkeit auch hierinn in etwas zu conteſtiren und mein geringes Sentiment mit wenigem hierüber zu eröffnen:

Der affectus/womit E. W. und G. behafftet / wird genennet compreſſio ſive anguſtia pectoris und entſtehet nicht etwa von einigem Schaden oder Gebrechen der Lungen/ſondern von geſammleter Tartariſcher/Scorbutiſcher materie, welche in den Hypochondriis umb den Miltzen und in dem kleinen Gedärme und Kröſzadern ſtecket und zu zeiten viel Blähungen und Dünſte von ſich giebet / welche auffwerts ſteigen und das diaphragma cum organis reſpirationis comprimiren / wie unter andern aus folgenden indiciis abzunehmen:

1. Quod anguſtia hæc ſive compreſſio tandem per ructus ſolvitur.

2. Quod exhibitis antiſcorbuticis & flatibus diſcutientibus mitigatur.

3. Quod non perpetuo affligit, ſed per intervalla remittit rurſumq; recurrit.

4. Quod nihil eorum percipitur, quæ ad morbos thoracis aliàs neceſſariò conſeqvuntur.

Dannenhero anitzt angezogener Urſach dieſes affectûs im geringſten nicht zu zweiffeln. Daß aber berührte anguſtia & compreſſio pectoris am meiſten ſich poſt concitatiorem corporis motum mercken läſſet/geſchiehet daher/ quòd humores ſcorbutici per motum quaſi excalefacti & attenuati ob flatus excitatos magis turgeant & hoc modo compreſſioni & anguſtiæ confertim anſam præbeant.

Ob nun zwar dieſem inveterato malo præſertim in ſenili ætate nicht leicht zu remediren / wie E. W. und G. leider allſchon erfahren / indem die von vielen vornehmen Medicis angewandte Mittel noch zur Zeit

wenig verfangen wollen / bin ich doch der Hoffnung/ daß ſothaner affectus vermittelſt Göttlicher Verleihung mercklich werde mitigiret und die frequentia paroxyſmorum reſtringiret werden / ſo man folgende Scopos zu erlangen dienliche medicamenta methodicè gebrauchen möchte.

I.

Erſtlich würde nöthig ſeyn/ daß die vitioſi humores in hypochondriis collecti prævià decenti præparatione evacuiret würden / worzu dann ein ſonderlich Decoct ſub literà A. und ein laxirender Syrup B. verordnet/ welche folgender Geſtalt zu gebrauchen.

Anfangs kan ein lindes Clyſtir applicirет oder Cremor ♀i eines Quintleins ſchwer ex decocto paſſularum minorum duabus ante cœnam frugalem horis eingenommen werden.

Des andern/ wie auch des dritten/ vierdten und fünfften Tages haben E. W. und G. von dem decocto A. jedesmahl 6. oder 7. Löffel voll des Morgens nüchtern zu gebrauchen; Man kan es in ein kleines Becherlein gieſſen/ ſetzen es in heiß Waſſer / daß es warm werde und trincken es auff einmahl aus / eſſen bald darnach von denen verordneten Rotulis C. vier oder funff auff/ruhen dann ein wenig im Bette und faſten biß zu der ordinar Mittags-Mahlzeit.

Des ſechſten oder ſiebenden Tages werden E. W. und G. von dem laxirenden Syrup B. fünff Löffel voll des Morgens fein warm einnehmen / vier Stunden darauff faſten / ſich des Schlaffs biß Mittag enthalten und der Wirckung gebührlich abwarten.

Des achten Tages kan man mit Gebrauch derer Medicamenten inne halten und der Natur ihre Ruhe laſſen.

Des 9. 10. 11. 12. und 13. Tages kan das Decoct A. den 14. aber und 15. der Syrupus B. wie vorhin gebrauchet werden / wobey zu erinnern/ daß im Fall dieſer Syrupus das erſte mahl nicht etwa 3. oder 4. ſedes abgeben hätte / daß man das ander mal & ſic conſequenter ein oder 2. Löffel voll deſſen mehr einnehme.

Verùm cùm flatus nunc minuantur nunc augeantur, uterꝰ etiam exinde nunc detumeſcit, nunc attollitur. Sic & colon circa anfractum magnum aliquando extenditur & valde extuberat: Sed tunc tumor ſiniſtrum latus juxta umbilicum occupat, cum inſigni dolore. Ego, ut breviter mentem meam aperiam, puto tumorem hunc à ſanguine & vitioſis humoribus in venis circa uterum coacervatis dependere, id quod ceſſante per ætatem menſium fluxu etiam in aliis & nuper in Conjuge Dn. Conſulis F. B. obſervavi, quam ex tumore huic non abſimili gravidam mulierculæ ſuſpicabantur. Purgavi corpus aliquoties decocto noſtro laxativo granis ſeptem vel octo radic. gialappæ exaltato, ſecui venam tali, exhibui elixir proprietatis cum eſſentia Caſtorei, ventri emplaſtrum de baccis lauri & melilo-to applicui, & ſic paulatim detumuit venter, ut per DEI gratiam rectiſſimè nunc valeat. Tu idem tentare poteris, faxit DEUS, pari ſucceſſu, cujus protectioni Te cum tuis commendo, Vale. Scribo Colbergæ d. XXV. April. Anno M. DC. LII.

EPISTOLA VII.

De eodem affectu.

Idem ad eundem.

ANxiè expectavi hactenus à Te, mi Frater, nuncium; Quia verò fruſtra, en meum ad Te præſtolari juſſum, dum expediri poſſit. Memineris verò adhuc affectûs illius uterini, de quo & literis & coràm egimus. Quia vero indies tumor abdominis augmentum ſumit admodum ſollicitâ ægrâ, ne morbum mors terminet, quæſo conſilio eam tuo juves. Fuit neſcio quis Medicaſter, qui Genero ejus perſvaſit, non aliter tolli poſſe hoc malum, quam corroſivis aut mortè, ſatis imprudenter & impudenter.

Ægra verò ſpem omnem adhuc in nobis ponit. Iterum ergo rogo, ut per harum exhibitorem conſulas & conducibilia medicamenta transmittas, Vale. Dab. Treptoæ d.XXIV.Maji. M.DC.LII.

T. Fr.

C. Timæus V. G.

Nun-

NUncium à me expectaſſe Te ſcribis, dilecte Frater, at centum ferme alii ex quo Treptoâ veſtrâ abſum expediendi fuerunt & ſunt adhuc non pauci, qui me importunè urgent; Ne tamen vel meis promiſſis vel tuis deſideriis deesſe videar, monendum duxi:

1. Sæpius repetenda eſſe purgantia, præſertim ex decocto noſtro laxitivo & gialappa cum eſſentiâ croci, ut noſti, præparata.

2. Singulis ferme diebus, exceptis iis, qui purgationi deſtinantur, utendum pilulis de Ammoniaca & Terebinthinâ cum Caſtoreo.

3. Inſeſſus ex arthemiſia, pulegio, calaminthâ, meliloto, malva, baccis lauri, floribus chamæmeli, ſambuci, Radicibus althææ, lilior. albor. Sem. lini, Summitat. anethi, Sabin. &c. crebrò inſtituendos, confecto ex ſpeciebus modò dictis ſacculo, quo totum abdomen calide tegatur.

4. Emplaſtra ex emollientibus, diſcutientibus & reſolventibus applicanda, quale eſt, quod transmitto.

5. Vinum medicatum ex ſpecificis uterinis quotidiè uſurpandum

De corroſivis quæ nugatus eſt medicaſter, vana ſunt & contra omnem rationem. Quomodo enim citra læſionem viſcerum ad locum affectum penetrabunt? Neceſſum eſt, ut ipſum abdomen cum peritonæo & inteſtinis priùs erodant & ſic vitam potius tollant, quam morbum. Videtur bonus iſte Vir εὐθανασίαν exteriorem, quâ arte noviter inventâ homines eruditè jugulantur, didiciſſe; quanquam & hanc minus rectè, cùm ſuaviter & ſine dolore negotium expediri debeat, id quod corroſivis nullo modo præſtari poteſt.

Non abs re fuerit venam pedis modò dextri, modò ſiniſtri per intervalla, aperire, quam vulgò ſaphenam vocant, & aliquando aquam hyſtericam Mynſichti cum aquâ vitæ mulierum exhibere, præſertim ſub veſperam circa horam decubitûs.

His Te, mi Frater, cum tuis ex voto valere jubeo, Colbergæ d. 25. Maji. Anno M.DC.LII.

Deſcriptio Medicamentorum.

℞. *Gumm. Ammon.* ⁜ *Scyllit. ſolut.* ℥iii.
Specier. bier. ſimpl. ℥i.
Mirrh. el. ʒii.
Caſtor. puriſſ. ℈iß.
Croci gr. XI. M. c. terebinth. Cypr q. s.
F. pilulæ mediocres
Deaurentur fortiter.

* * *

℞. *Empl. d. melilot.*
Diachyl. ireat. ana ℥iß.
Gummi Ammon. ⁜ *acet. Squillit. Solut.* ʒvij.

 Em-

Emplaſt.d.baccis lauri ℥i.
Terebinth. ʒvj. *M.*
F. magdaleon.

℞. *Rad. rubiæ tinctor. ariſtol. utriusq;*
Enul. campan. ana ℥ß.
Herb. meliſſ. artemis. puleg. ſalviæ,
matricar. ana Mß.
Fol. Sabin. rorismar.
dictam. Cretic. ana Mß.
Cinam. acutiſſ. ʒvj.
Caryophyllor. ʒii.
Croci ʒiſ. *Baccar. laur.*
Iuniper. ana ʒvj.
Cicer. rubr. ℥j.
Sem. aniſi, fœnicul. ana ʒiii.
Flor. cheiri borrag. bugloſſ. ana Mß.

Groſſo modo inciſa & conquasſata infundantur in vini Rhenani optimi lib. XXIV. per d. VII. poſtea colentur.

Colatura ſæpius uſurpetur, per ſe vel additò tantillo pulviſculi cujus hæc eſt deſcriptio.

℞. *Borrac. officin.* ʒiiß.
Caſſiæ lign. acutiſſ.
Coſti Ægypt. veri ana ʒiß.
Rad. ariſtol. rot.
Fol. ſabin. dictamni Cret.
Sem. nigell. Croci.
Myrrh. elect. ana ℈iß.
M. F. pulvis

T. Fr. B. Timæus V. G.

EPISTOLA VIII.

De doloribus colicis.

Viro Excellenti
DN. BALDASSARI TIMÆO
.V.G.

MARTINUS RUBACH.

S. P. D.

Excellentiſſime Domine Doctor, Amice chariſſime, non potui nec debui, tantam occaſionis commoditatem inſalutata Excellentiâ Tuâ prætermittere; Eam benè valere ex amicis quibusdam magno cum gaudio intellexi non ſine perennantis felicitatis comprecatione, id quod etiamnum ex animo opto.

Ego quoq; per Dei miſericordiam erectus adhuc vivo integer animo corporeq;, ut ut ſenili robuſtior, quàm ante decennium, niſi quòd colicis doloribus aliquando divexor, pro quibus demulcendis remedium aliquod expertum, ut Excell. Tua mihi communicet, etiam atque etiam rogo; poſſem rationabiliter opinando, trahere adhuc aliquanto diutiùs vitam, ſi Dominus DEUS paullò otioſiorem indulgeat vel utique minus moleſtam: Nondum detrectem ſudorem vultus DEO debitum, ſed inter fidei & linguæ diverſos quàm difficile ſit, non credat, niſi qui periculum fecerit. Ideoq; me in his mutationibus, quantum poſſum, occulto & hoc ago, quomodo me profundiùs etiam mergam in aliquem latentiorē tranquillitatis angulum, quod Dominus Deus pro ſolitâ erga me gratia & benignitate providebit.

In Polonia noſtra ſolliciti ſunt non

non tam de Rege ſurrogando, qui ſine dubio erit regni primogenitus, ut ita dicam, quam de conditionibus, quibus ipſius potentiam contra externos arment, contra indigenarum libertates ac licentias frangant & obtundant. Heri Baldeburgenſes præſidiarii Warſavia reverſi nunciaverunt, Archiepiſcopum Gneſnenſem triginta millia Huſſarorum colligere ad recuperandum pro Principe noſtro (cujus ſe Archiepiſcopum profitetur) Epiſcopatum Wratislavienſem. Id, ſi verum eſt, magnos motûs ſuſcitabit. Apud vos, ſi quid eſt ſcitu dignum, rogo, communicet Excell. Tua, & illud veterem noſtrum amorem pro requiſito virtutis & congruæ nobis conſtantiæ ſolidum conſervet; Idem de me polliceor & Excell. T. quicquid in me eſt fidei & obſervantiæ ſincerè aſſero. Vale. Dab. in Hammer die XVIII. Octob. Anno M.DC.XXXII.

Magnifico & Nobiliſſimo

DN. MARTINO RUBACO

Sereniſſ. Reginæ Poloniæ Conſiliario intimo.

BALDASSAR TIMÆUS

V.G.

S. P. D.

Magnifice & Nobiliſſime Vir, Fautor obſervande, Valdè gratum erat de vita & incolumitate M. T. quam ad loca ſilentum penetraſſe communis fama pridem nunciaverat, per ipſam M. T. dextram certiorari, gratiſſimum de adfectu, quem antiqui candoris baſi immotum adhuc erga me ſtare literæ M. T. humanitatis & amoris pleniſſimæ abundè conteſtabantur. Gratulor imprimis renovatum illum & animi & corporis vigorem, DEUM precatus, porro eundem firmet, augeat & in Neſtoreos extendat annos.

Viva la juventu in barba bianca.

Fallor an ex eo quoque felicem dicam M. T. quod turbatiſſimo hoc rerum ſtatu latitare & tranquilliori loco ſe abdere animum induxerit; novit paucos ſecura quies, ut habet Seneca, & bene qui latuit bene vixit.

Aglaus ſanè in Arcadiæ angulo degens & hortum colens ab Oraculo beatiſſimus judicatus, & Gygi Lydorum Regi ſe beatum cenſenti prælatus eſt. Quam lubricum ſit aulæ culmen M. T. optimè novit & ſi ullibi, hic certè rarum eſt felix idemque Senex.

Pro novis ex Polonia communicatis gratias ago & referrem, ſi quæ ſcriptione digna forent.

In Germania quæ geruntur ex relationibus ordinariis M. T. latere non poſſunt, cum ſciam zeletizontes ſeptimanatim illuc tranſire.

Cæterùm quod colicos dolores attinet, quibus ſe quandoque affligi M. T. ſcribit, mitto arcanum ab Excellentiſſimo Dn. Prævotio in Italia mihi communicatum, ejus grana quindecim vel viginti ex vino malvatico aſſumuntur, præmiſſo clyſtere convenienti, qualem ante biennium Cöslini M. T. præſcripſi.

Uſum pulviſculi iſtius nunquam non ſalutarem deprehendi, nec dubito, quin etiam M. T. divina favente gratia profuturus ſit, id quod ex animo precor, & ſic M. T. quàm optimè valere jubeo. Dab. Colbergæ die XXVI. Octobr. ANNO M. DC. XXXII.

EPISTOLA IX.

De Colicâ flatulenta.

Magnifico & Excellentiſſ.
VIRO
Dn. JOACHIMO NAVIN,
Epiſcopatus Caminenſis Cancellario meritiſſimo,
Compatri & Amico ſuo honorando.
BALDASSAR TIMÆUS,
von Güldenklee.
S. P.

Excellentiſſime & Ampliſſime Vir, Compater & Amice honorande, paſſiones colicæ, quibus te vehementer affici ſcribis, flatulentæ ſunt, quantum ex ventris tenſione, rugitu & murmure conjicio. Occaſionem malo dedit cereviſia recens & fæculenta affatim, ut intelligo in convivio nuptiali hauſta. Curationem me abſente præſens pharmacopœus ſic inſtituet.

Primò applicabit clyſterem ex emollientibus & anodynis.

℞. *Herbar. malv. c. toto Mj.*
parietar. Mß.
Flor. chamæmel. Mj.
Sambuc. Mß.
Rad. alth. ℥ß.
Summit. aneth. Mß.
Sem. lini, fœni græc. ana ℥ii.
Coqu. ex s. q. aq. ſimpl.
℞. *Colatur.* ℥x.
Electuar. lenitiv. ʒvi.
Ol. Chamæmel. ℥ii.
Sal. gemmæ ʒi. *M.*
F. Enema.

Poſt rejectionem clyſteris aſſumat Dn. Cancellarius hauſtum cereviſiæ calidæ cum butyro, in quâ flores chamæmeli decocti ſunt: Habent enim inſignem vim dolores leniendi & flatús reſolvendi.

Poſtmodum diſcutientibus utendum, inter quæ excellit eſſentia mea carminativa, ſi pondere drachmæ unius vel duarum ex aquâ corticũ aurantiorum cum malvatico deſtillata per vices delibetur.

Ex clyſteribus flatûs diſcutientibus convenit iſte:

℞. Calaminth. Brancæ urſin. veronic.

nic. [illegible] origan. abſinth. ana Mß.
Flor. chamæmeli, Sambuc. ana Mß.
Sem. anethi, carui fœnic. ana ʒii.
Baccar. lauri Juniperi ana ℥ß.
Coqv. ex aq. ſimpl.
℞. *Colat.* ℥ [illegible]
Electuar. Diaphœnic.
hier. pier. ſimpl. ana ℥ß.
d. baccis laur. ʒiij.
Ol. aneth. rut. ana ℥ß.
M. F. Clyſter.

Interim dum hæc fiunt, externa quædam adhibenda: Venter imprimis circa umbilicum inungatur calide oleo noſtro anodyno, vel applicetur emplaſtrum ex tacamahaca & caranna vel de baccis lauri &c.

His non juvantibus cucurbitula magna abſque ſcarificatione umbilico applicetur, id quod in colica flatulenta præſentaneum eſt remedium.

Plura addere præceps vetat occaſio, ut autem hæc proficiant, devotè precor meaque ſtudia prolixius conteſtanda defero D. Colbergæ d. XVII. Octobr. ANNO M. DC. XLII.

EPISTOLA X.

De Cachexia Scorbuticâ.

Ad

Magnificum & Nobiliſſimum

Dn.

MARTINUM RUBACUM,

Seren. Reginæ Poloniæ Conſil.

QUamvis eryſipelas œdematoſum, quo Te circa æquinoctium vernum decubuiſſe refers, Magnifice Vir, propter humoris craſſitiem & cruditatem, fermè ſemper poſt ſe tumorem quendam relinquat; Quia tamen præſens pedum tumor diu nimis durat nec quicquam decreſcit, quin potius augetur & cum quadam ad ambulandum imbecillitate dolorem gravativum conjunctum habet, ideo non caret nota cachexiæ cujusdam ſcorbuticæ incipientis, præſertim cùm & facies juſto plus palleat & hypochondriâ ſæpè tendantur, quin & majores idem fatum ſuſtulerit. Cauſa ejus primitiva ſunt errores in victu craſſo & inordinato, unde cruditates, flatus, & obſtructiones natæ, quæ non ſaltem concoctricem & digeſtricem læſerunt, verùm etiam intemperiem cùm ventriculo tum epati frigidiorem & humidiorem impreſſerunt, ut non niſi crudus & aquoſus ſanguis abinde generari poſſit, cujus pars melior in nutritionem abit, ſequior autem, quæ planè excerni nequit, decumbit ad pedes, ibidemque congeſta tumorem parit & propter fixitatem ſalis ſive peculiarem corruptelam & ſcorbuti malitiam inclinat, id quod gravitas pedum & ambulandi difficultas, tum & victus & præſertim hæreditaria diſpoſitio ſignificat. In via curationis, non ab ipſo tumore ſed

ſed cauſis removendis incipiendum;

Victûs nempe ratio melioranda, crudæ & excrementitiæ ſuperfluitates evacuandæ, intemperies alterandæ, obſtructiones hypochondriacæ & viſcerum ſolvendæ, cachexia commutanda & principiis ſcorbuticis obviandum. Quo facto tumor, ſi non planè recedet, tamen faciliùs tolletur fomentis & ſimilibus, idque ſi non brevi, DEo tamen dante feliciter fieri poterit;

Si pro univerſali expurgatione primùm paſſulas laxativas ex infuſione folior. Sen. ad primas vias emundandas, aſſumſerit; tum digeſtivum aperitivum ex comis abſinthii, foliis Piloſellæ ſcolopendr. cochlear. cum radic. calami aromatici & ſimilibus, decoctis vel infuſis in vino; tandem purgans electivum ex radic. jalapp. & rhabarb. cum ſuis corrigentibus. His præmiſſis cùm vitam agat practicam, nec diuturnæ meditationi vacare poſſit, aulicis expeditionibus occupatus, ad familiaria quædam præſidia devenire poſſet, inque uſu continuo & quotidiano habere primùm pilulas, quæ

℞. *Aloes ſucco roſar. novies enutrit.* ℥ß.
Rhabarb. bon. ʒiß.
Succini albi praparat. ℈iß.
Mirrh. rubr. ſolut. in vin. ℈i.
Extract. calam. aromat. ℈ß.
M. c. aq. cinam, F. pilulæ.

De his ℈i. mediâ horâ ante frugalem cœnam deglutiat ex vino abſinthite vel alio liquore convenienti continuando indies, donec fuerint omnes abſumptæ.

Hinc ſingulis diebus capiat ſequentem pulverem cachecticum quantitate unius drachmæ.

℞ *Chalyb. opt. præpar.* ℥ij.
faculaari ℥i.
Cinam. acutiſſ. ℥ß.
Ol. cinam. aſperſi, ut probe miſceatur ℈i.
Sacchar. roſat. tabulat. ad pondus omnium M.

F. Pulvis D. ad ſcatulam.

Ebibat cum vino bono Ungarico in aurorâ ſine cuſtodiâ.

Unguenta, litus &c. taceo quod quietem requirant.

Ratione pedum ultimò proderit vapor ex decocto arthemiſiæ, abſinthii, baccis Juniperi ex vino, ſi veſperâ quavis & aurorâ excipiatur calidè.

Poſſent plura adſcribi, ſed brevitas & anguſtia temporis non patitur.

Quoad victûs rationẽ abſtinendum omninò à potu hydromellis & vini aquoſi & dulcis. Præſtat Ungaricum antiquum & imprimis Toccavienſe & cereviſia defœcata cum multo lupulo benè cocta.

Aliquando tanquam medicamen-

mentum poterit delibare Elixir vel aquam aliquam vitæ dictam, præſertim à cœnâ.

Abſtinendum præterea eſt ab omnibus carnibus & piſcibus exſiccatis, infumatis vel in muriâ maceratis, ab extis item & extremis animalium; à caulibus, piſis, braſſicâ, lacte, capro, lardo & multâ pinguedine ac jurulentis; Piſces rarò veniant in uſum ut & teſtacea itemq; carnes ſuillæ, anſerinæ, anatinæ & quæ in aquis degunt. Cibi condiantur pipere, non autem nimis multo ſale. Lactucæ, cæpæ, olera non ſunt ex uſu. Verbo, omnia cruda, viſcoſa, flatulenta, excrementitia, craſſa, dura quæque difficilis ſunt concoctionis & tardæ digeſtionis ſunt evitanda. In cæteris quæ dicuntur non naturalia, ſine ulla admonitione faciliùs eſt tenere modum Viro ſcilicet prudenti & temperato. Ut vero DEUS ex alto valetudinis robur reſtituat, devotè precor meaq; ſtudia commodiore loco & tempore prolixiùs conteſtanda defero. Dab. Warſaviæ in tranſitu d. 3. Auguſti, Anno M.DC. XXIII.

M. T.

obſervantiſſ.
B. Timæus.

EPISTOLA XI.

De eodem affectu.

D N. BALDASSARI TIMÆO von Gúldenklee.

Fratri dilectiſſimo,

CHRISTIANUS TIMÆUS von Gúldenklee.

S. P. D.

PHarmacopœus noſter, Frater dilectiſſime, admodum graviter decumbit. Virum puto, noſti. Is IX. Novembr. & ſequentibus diebus de laſſitudine & dolore ſiniſtri hypochondrii interdum queſtus tandem XVII. ejusdem ſubitò in animi deliquium incidit circa nonam matutinam. Ego accitus totum ferè egelidum deprehendi, jam tamen, ut circumſtantibus viſum, paulo meliꝰ habentem. Curatis curandis ad ſe rediit. Die quintâ purgatus eſt clementer & feliciter. Septimâ ſub veſperam ſudare cœpit, ſudavitq; usq; ad Sextam matutinã, quo tempore tantum non deficientem cordialibus ſuſtinui. Poſt hæc quia vomitûs frequentiores, murmura ventris, ructûs & ſimilia obſer vavi, decoctum digerens & purgans per vices propinandum duxi, cui conſilio etſi non ſatis morem æger geſſiſſet à medicamẽtis abhorrens, meliùs tamen ab aliquoties uſurpatis habere viſus eſt. Nondum tamẽ ad priſtinum vigorem rediit, ſed quoties cibi aliquid aſſumſit anxietatem quandam percipit & onuſtũ caput ſudore etiam per intervalla

concurrente. Urinæ turbidæ ſunt & craſſæ cum ſedimento farinas laterum referente; Calor interim excedens in corpore toto nullus. Quid præter præſtita factu opus eſſe, putes, quæſo, mi Frater, nobis communices, quo tandem integrè bonus iſte Vir reſtituatur. Vale & Salve cum Tuis. Scribo Treptoæ die X. Decembr. Anno M.DC.LI.

DN. CHRISTIANO TIMÆO von Güldenklee.

Fratri unicè dilecto.

BALDASSAR TIMÆUS von Güldenklee.

S. P. D.

PHarmacopœum veſtrum, Frater unice, adeò graviter decumbere, non ſine condolentis animi affectu percepi, Deum precatus, Virum optimum bonæ valetudini clementer reſtituat. Morbus & ſymptomata quibus affligitur à cacochymia; hæc à viſcerum δυσκρασίᾳ & imbecillitate, imprimis ventriculi dependet, ut vomitiones, anxietas à ſumto cibo, ructus, ventris murmura &c. ſatis arguunt, & vereor quin aliquid malignitatis ſcorbuticæ ſubſit, id quod ſubitò ingruens animi deliquium & per intervalla recurrens ſudor & urinarum craſſities & rubedo absque calore innuere videntur. Humores itaque vitioſi evacuandi, viſcera ad tonum reducenda & corroboranda, ſimulque malignitati ſcorbuticæ reſiſtendum.

Catartica fortiora & morbus reſpuit & virium debilitas; Blandè itaque & per ἐπίκρασιν inſtituenda purgatio, primo quidem per clyſteres; hinc præviâ humorum præparatione per benigna quædam at repetita remedia: Debile ſiquidem agens iteratum æquipollet valido. Adornavi in hunc uſum præterlapsâ æſtate medicamentum elegans ex ſuccis depuratis cichorii, endiviæ, fumar. cardui benedicti, fœnicul. aſparagi cochlear. naſturt. beccabung. & ſimilibus, quibus non tantùm ad præparationem, ſed additis quandoq; laxantibus etiam ad evacuationem utor feliciter, cùm & malignitati ſcorbuticæ reſiſtant. Viſcerum roborationi inſerviet tinctura mea ex ſpeciebus diaplir. Archont. Diarrhod. diatrion. ſantal. aromat. roſat. cum rore majali &c. extracta, cui pro Spirituum vitalium refectione tantillum confectionis de hyacyntho vel Alkermes admiſceri poſſet, adhibitis ſimul aquis analepticis, ſpiritu rubi Idæi, roſar. fragor. &c. exaltatis.

Quibus ſi accedat diæta conveniens, apud me quidem, niſi aliter decreverit ſummus vitæ necisq; arbiter nullum reconvaleſcentiæ eſt dubium. Vale, mi Frater, ſcribo laboribus

bus viſitationis pharmaceuticæ defatigatus & in ſomnum propenſiſſimus. Colbergæ die XII. Decembr. Anno M. DC. LII.

EPISTOLA XII.

De eodem affectu.

DN. BALDASSARI TIMÆO V. G.

Fratri unico.

CHRISTIANUS TIMÆUS von Güldenklee.

S. P. D.

Literas tuas, unice Frater, rectè accepi, quâ verò methodo curandum ægrotum meum mones, eadem curaveram; & cum tuas acciperē, jam in ſanitatis portum adductum putabamus, quod jam integrum octiduum ſat rectè habuit. Sed ecce heri, poſtquam pranſus eſſet, ſomnus primò inopinantem invaſit, turbulentus & interruptꝰ, tandemque aura quædam humeros & brachia perreptans mox cum frigiditatis iterumq; caliditatis ſenſu. Hinc oſcitatio frequens & ſudor totâ nocte inſecuta fluens cum perpetuis vigiliis. Ego miror affectûs hujus pertinaciam, præſertim tot ſalutaribus remediis ex methodo adhibitis. Scorbuti tergiverſationi culpam forſan non immeritò adſcripſero. Tu, mi Frater, quæſo denuo huc conſulas & ſuccorum antiſcorbuticorum depuratorum libram ut transmittas, obnixè rogo. Vale rectiſſime. Scribo Treptoæ d. 28. Decembr. Anno M. DC. LI.

DN. CHRISTIANO TIMÆO V. G.

Fratri dilecto.

BALDASSAR TIMÆUS, V. G.

Salutem & amorem.

Recidivam, quæ paucis retro diebus Pharmacopœum veſtrum, cum jam in vado eſſe videretur, invaſit, à ſcorbuti malitiâ excitatam eſſe ſymptomata ſatis arguunt: Solet enim interdum belua hæc quaſi blandiri & quieſcere; mox ſubitâ fermentatione erumpere & immane quantum ſævire. Omnino itaque opus eſt, ut malignitas ejus porrò oppugnetur, id quod commodè ſpecificis quibusdam antiſcorbuticis expediri poterit. In horum cenſu nihil ferè efficacius deprehendi, quam ſuccorum antiſcorbuticorum optimè depuratorum mixturam, ſi trium circiter unciarum pondere in conſtitutione corporis calidâ cum aquâ cichor. vel acetoſ. aut ſero lactis caprini; In frigidâ cū vino Rhenano tenui exhibeatur, ſed repetitim & per vices, ita ut aliquando intercedat evacuatio, decocto noſtro laxativo vel alio leni & benigno pharmaco inſtituenda. Et hæc quidē, ut noſti, horis matutinis; Poſt meridiē circa tertiam

am vel quartam conſerva cochlear. & naſturtii cum ſpirit. ♀ri commodè exhibetur; tempore autem decubitus aqua noſtra antiſcorbutica ex ſuccis. Interim lipothymia vel virium languor cordis anxietas &c. urgeant, pulveris noſtri cordialis, tantillum ex aqua analeptica delibandum vel alia cordialia adhibenda, additis ſemper ſpecificis, ſine quibus fruſtra contra hunc morbum & omnia ejus ſymptomata pugnatur. Vale. Scribo Colbergæ die XXX. Decembr. Anno M.DC.LI.

EPISTOLA XIII.

De oppilatione & intemperie epatis calidâ &c.

DN. BALDASSARI TIMÆO von Güldenklee,

Fautori ſuo obſervandiſſimo.

JOACHIMUS SCHNELLIUS.

Salutem & cultum.

VEllem quidem, quemvis potiùs ſubire laborem, quam meis Te onerare literis. Ægroto tamen amico rectiùs conſulturus meritò tuum depoſco conſilium.

Is graviter decumbit admodum dolore lateris dextri interno cum ſiti & vomitu frequenti afflictus. Obſtructionem cavi epatis ratus purgavi corpus, venam ſecui & decoctum aperitivum propinavi iterumque purgantem potiunculam.

Inde melius interdum valuit, mox ſequiùs.

Vicini quoq; mei uxor poſt difficilem partum aſſiduè vomere & graviſſima anxietate affici cœpit, tādem & torminibus ventris & præcipuè ſiniſtri lateris dolore vexata, ubi tumor inſuper aliquis apparet. Purgationem bene tulit; tumor nihilominus auctus ad ventriculi regionem uſque proceſſit & pedes quoque intumeſcere videntur. Tu, in utroque caſu conſilio nos tuo juvare ne detrectes, quod ego omni ſtudio viciſſim libens demerebor bellè diuque Te cum tuis vivere & valere, precatus. Wolini die XX. Decembris ANNO M.DC.LI.

DN. JOACHIMO SCHNELLIO, Medicinæ Candidato.

BALDASSAR TIMÆUS, von Güldenklee.

Salutem & Amorem.

DEſideriis tuis per omnia nunc quidem ſatisfacere laborum mole prohibeor. Paucis hæc habe:

Æger amicus tuus oppilatione & intemperie epatis calida laborat, quibus in conſenſum trahitur ventriculus, forſan & per ſe malè affectus. Purgato itaque corpore & adhibitis deobſtruentibus, quod jam factum eſſe intelligo, alterantia & ro-

& roborantia uſurpanda, quæ appropria ſint, & aliqualem aperiendi vim obtineant.

Tale eſt electuarium, quod transmitto, cujus ſingulis matutinis & veſpertinis duabus circiter ante cœnam frugalem horis, quantum cuſpide cultri ter capi poteſt exhibendum, & ratione ventriculi interdum guttulæ aliquod Spir. Oli violati admiſcendæ; Sed hoc tantùm horis matutinis & parcè ad gratam aciditatem.

Loco electuarii interdum delibet tincturam meam epaticam, quæ & ſitim compeſcit & calorem epatis egregie temperat. Extrà hypochondrio dextro emplaſtrum epaticum applicandum & inſtituenda conveniẽs victûs ratio. Symptomata quibuscum vicini tui uxor luctatur, ex utero & liene potiſſimùm prodeunt.

Huic, præmisſis univerſalibus esſentiam meam hypochondriacam tribus diebus continuis in aurorâ ex juſculo cereviſiæ calidæ vel brodio carnium non pingui propinabis, quantum menſura his addita capit; poſtea per biduum guttulas XIII. vel XV. Elixir. propriet.

Paracelſ. cum eſſent. caſtor. permixti exhibebis; Hinc iterum esſentiam & alternatim elixir, quàm diu opus videbitur. Sub horam ſomni de aquâ ſplenetica & uterina cochlearia duo vel tria delibet Ægra.

Tumori lateris ſiniſtri commodè emplaſtrum ſpleneticum alutæ tenui inductum applicabitur. Utiliſſimum fore arbitror, ut aliquandiu bibat cereviſiam medicatam ex meliſſa, fumaria, borragine, ſcolopendrio, Enula, cortic. tamariſci, fraxini, & radic. cappar. quæ quidem omnia præparata & mixta transmitto.

DEUS eorundem uſum ſalutarem felicemque jubeat, cujus tutelæ Te commendo. Vale. Colbergæ d. XXIII. Decembr. Anno M. DC. LI.

EPISTOLA XIV.

De alvi obſtructione, tumore abdominis & metu hydropis.

DN. JACOBO PRIBEN,
Seniori, Chirurgo Treptovienſi.

BALDASS. TIMÆUS V. G.

S. P. D.

Literas tuas, Amice dilecte, hac ipsâ horâ in hortulino meo, quo venandi per nives ſpirante leviter Boreâ me invitavit opportunitas, rectè accepi perſpectisque deſideriis tuis, cùm nihil medicaminis, quod ex uſu ægri eſſe

poſſet, ad manus haberem, tabellarium tuum Colbergam ablegavi, qui neceſſaria ex pharmacopolio Trederiano apportaret. Interea ne mor e fores impatiens per tranſeuntem hac harum exhibitorem ſignificandum duxi, quid præſcripſerim, nimirum: Pro ſegnioris alvi incitamento nodulum laxativum, cujus uſu per vices continuato ſerum in abdomine cumulatum evacuabitur, Infundes nodulum hunc in vini vel cereviſiæ defœcatioris menſurâ unâ & ſingulis vel alternis diebus, prout videbitur, hauſtum mediocrem, factâ prius forti expreſſione, exhibebis.

Ventris tumor ſublatâ causâ, ſpontè, ut ſpero, evaneſcet; ſin minus, inſtandum erit, evacuantibus; poſtmodum, ſi opus fuerit, etiam diureticis & diaphoreticis utendum. Interea abdomini applicabis emplaſtrum de cineribus Mynſichti vel aliud conveniens. Cœterum & epar roborandum; quo fine electuarium, quod mitto, frequenter aſſumendum, obſervatâ frugali & conveniente diætâ, qualem nuper Nobiliſſimo Dno. Stephano Manteufelio, Te excipiente, præſcripſi. Vale. Dab. in Hortulino meo die XXI. Novembris Anno M. DC. XXXIII.

℞. *Folior. Soldanel.* ʒiii.
Sennæ ℥ß.
ad. gialap. ʒiii.
bryon. ʒii.
Agaric. trochiscat.
Rhabarb. el. ana ℥ii.
Comar. abſynth. p. 1.
Medull. Sem. Cartham. ʒiii.
Sem. anis. fœnicul. ana ʒiß.
Cinam. acutiſſ. ℈iiij.
Coſti Ægypt. el. ʒiß.

Inciſa & contuſ. groſſo modo includantur ſacculo ex ſyndon. rubr.

℞. *Paſſul. mundat.* ℔ß.
Coqv. in vini Rhen. opt. q.s. ad mollitiem; Trajiciantur per ſetaceum, poſtea adde
Conſerv. rad. cichor. ℥ii.
capill. ♀ris.
fumar. ana ℥i.
Condit. cort. citr.
rad. Enul. ana ʒvi.
Trochiſc. d. rhab. ʒii.
Hepat. lupi præp. ʒiii.
Spec. aromat. roſat. ʒ ß.
M. c. Syrupo de Eupatorio q. s.
F. Electuarium.

EPISTOLA XV.

De hydrope & lue Venereâ inveteratâ.

VIRO
Nobiliſſ. & Excellentiſſimo
DN. BALDASSARI TIMÆO
V. G.
Sereniſſ. Electoris Brandenburgici Archiatro.

JO-

JOHANNES ERNESTUS OPITIUS,

S. P. D.

DEcumbit hic in viciniâ, Colonellus D. S. M. qui cum morbo Gallico, ultra biennium infectus multis medicamentis ex Mercurio præparatis uſus eſſet,tandem in hydropem incidit, cum inſigni abdominis ſcroti & pedum tumore. In dextro hypochondrio dolorem aliqualem ſe percipere queritur cum inflatione, cibos omnes averſatur; &ſi quos aſſumſit,continuò per vomitum reddit; præterea & ſiti admodum vexatur nihilq; præter potum Curlandicum, ut vocant,ex aquâ & furfuribus præparatum bibit. Articulorum dolores noctu præſertim adeò lancinant ægrum, ut ſomnum etiam impediant cum inſigni virium jacturâ.

Exhibui hactenus claretum chalybeatū Mynſichti & jam per ſeptimanas tres illius uſum continuavi, Interdum ſyrupum ejusdem hydragogum propinavi, ſed exiguo vel nullo potiùs cum fructu. Quapropter nobiliſſimi Dn.Patientis nomine ad Tuam Excellentiam confugio & conſilium ejusdem imploro, imprimis quomodo tumori ſit ſubveniendum,& qualia vel cata plaſmata vel emplaſtra abdomini &Scroto ſint applicanda Item an uſus ThermarumCarolinarum,quas valde appetit æger, conveniat, & quæ præterea Excell. tuæ monere viſum fuerit. De laboris & ſtudii præmio, non eſt, quod Excell.tua dubitet: Brevi enim, ut ſpero, gratæ mentis affectum ipſo facto declarabit. Interea ut Excell. Tua quàm optimè valeat &indoctæ ſcriptioni bonus ignoſcat precor. Dab. Stargardiæ XXI. Maji ANNO M.DC.LI.

DN. JOHANNI ERNESTO OPITIO.

Chirurgo Experientiſſimo.

BALDASS. TIMÆUS V.G.

S. P. D.

LIteræ tuæ, Vir experientiſſime, Amice dilecte, cùm alterum pedem jam in curru haberem Treptoam ad Illuſtriſſimam viduam vocatus,redditæ mihi ſunt, ut reſpondere niſi decurſo priùs hoc itinere, non potuerim. Nunc laribus meis redditus deſideriis tuis quantum inter conſulentium querelas & labores per abſentiam cumulatos licet, ſatisfaciendum duxi. Ac primò quidem hydropem quod attinet,mirum non eſt,eum omnes conatûs tuos eludere nec medicamentis hactenus exhibitis cedere. Viſcera enim præcipua, epar imprimis ex lue venereâ,cujus primarium eſt ſubjectum,tot annis inveteratâ non minùs ac intempeſtivo medicamentorum Mercurialium

lium uſu, accedente & ægri intemperantia adeò debilitatum & corruptum eſt,ut ad naturalem ſtatum reduci meo quidem judicio nunquam poſſit.

Claretum Chalybeatum Mynſichti ut & Syrupus hydragogus utiliter quidem in hydrope ad hepatis, lienis & meſenterii obſtructiones reſerandas aquoſosq; humores evacuandos exhibentur; Verùm in præſenti caſu ſemper ad malignitatem & virulentiam morbi Gallici reſpiciendum. Quare ſiquid medicaminis in gratiam ægri ulteriùs præſcribendum fuerit, ſubinde ſpecifica ex ligno Gvajaca, ſaſſafras, ſarſaparilla, china & ſimilibus non minùs, ac epatica quædam admiſcenda, & cum ex longo medicamentorum uſu nauſeam procul dubio conceperit patiens, palato etiam inſerviendũ exhibitione eorum, quæ non ingrati ſunt ſaporis. Arridet præ cæteris radicum chinæ eſſentia cum in modum, quem ex Dornavio deſcripſit Beguinus lib.2. capite 9. diligenter & accuratè præparata.

Exhibetur uncia una vel duæ ex liquore convenienti cum leni ſudoris provocatione horis matutinis; A meridie verò circa tertiam vel quartam dari poteſt hauſtulus duarum unciarum aquæ ex deſtillato iſtius eſſentiæ aſſervatæ absque ſudoris elicio.

Interdum uſurpetur Syrupus hydragogus Mynſichti vel mixtura ſambucina noſtra.

℞. *Rob. Sambuci* ℥ii.
Reſin. gialap. gr. vii.
Extract. ligni ſanct. gr. v. m.

Et hæc quidem ad evacuandos humores noxios & exſtirpandam luis Venereæ virulentiam per vices repetenda ſunt pro virium tolerantiâ.

Ad viſcera autem roboranda proderit tinctura coraliorum, magiſterium perlarum, tinctura noſtra epatica cum ſpiritu ligni ſancti & ſaſſafras mixta, ut & electuarium infra deſcriptum.

Ad vomitiones ſedandas & confortandum ventriculum detur aqua noſtra ſtomachalis cum ſpiritu maſtiches vel eſſentia panis cum malvatico. Extrà fiant inunctiones ex oleo maſtichino & cytonior. Vel imponatur emplaſtrum de cruſtâ panis. Sitim compeſcet decoctum chinæ cum radicibus liquiritiæ præparatum.

Abdomini & ſcroto applicari poterit cataplaſma de cineribus Mynſichti, vel illud Cratonis ex rad. cucumer aſinini. Interdum inſtituantur fomentationes vel evaporationes per ſellam perforatam ex meliloto, arthemiſiâ, origano, calaminthâ, rutâ, abſynthio, rore marino, florib.

florib. chamæmel. centaur. minor. Sambuc. rad. althææ, lilior. albor. Sem. carui, cumini, baccar. lauri, Juniper. ligno Gvajaco, ſaſſafras & ſimilibus.

Ad articulorum dolores ſopiendos applicetur ceratum de ranis Vigonis vel inſtituantur fomentationes ex Ligno Gvajaco, ſarſaparillâ, ſalviâ, pulegio, roremarino, anetho, flor. chamæmel. Sambuci, verbaſci &c.

Thermæ Carolinæ, quarum deſiderio tenetur Nobiliſſ. Dn. patiens, nec hydropi, nec morbo Gallico conveniunt, prout videre eſt in tractatu germanico Strobelbergeri de thermis Carolin. cap. 3. Von Kranckheiten denen es zuwider iſt/ ubi hydropis & luis venereæ expreſſa fit mentio; quapropter iis abſtinendum cenſeo, cùm & vires ægri longinquo itineri non ſufficiant.

Hæc literis tuis, Amice dilecte, quanquam poſtliminio quaſi, libens tamen etiam occupatiſſimus reſpondere volui, officia mea commodiori tempore & Nobiliſſ. Dn. Colonello & tibi prolixiùs conteſtaturus. Interea utrumq; ſalvere & valere jubeo. Dab. Colbergæ d. IV. Junii Anno M. DC. LI.

℞. *Conſer. rad. Cichor.*
roſar. rubr. ana ℥iij.
flor. borrag. ℥i.
Conditur. rad. Scorzoner ℥ij
Cortic. citri. ℥j.
flor. citri ℥ß.
Pulv. ligni ſanct. ℥i.
Cortic. ligni ſanct. ℥ß.
Sarſaparill. ʒvi.
Specier. diatrion ſant.
Diarrhod. Abbat. ana ʒiß
Confect. Alkerm. ℥ß.
M. C. Syrupo de cortic. citriq. ſ.
F. Electuarium.

EPISTOLA XVI.

De affectione hypochondriaca.

Ad Illuſtrem & Generoſum Dominum

DN. JOHANNEM BANNER Exercitûs Regni Sveciæ Campimareſchallum.

Hoch-wolgeborner / Gnädiger Herr. Eur. Excell. ſind unſere untertähnige Dienſte bevor. Demnach E. Excell. wegen dero Leibes-Beſchwerung uns anbefohlen mit einander zu conſultiren / wie denen beſchwerlichen Zufällen / den Eur. Excellentz nun eine Zeitlang unterworffen/nechſt GOTT/ durch dienliche Mittel abgeholffen werden möchte.

Als haben wir ſolchem unterthänig nachſetzend uns zuſammen verfüget; Befinden ſo viel / daß Eur. Excellentz vor dieſem geſunder

 ſan-

ſanguiniſchen Natur mit etwas Gallen vermiſchet geweſen / und dannenhero wenig Kranckheiten ausgeſtanden / biß ohngefehr vor einem halben Jahr in hitziger Sommerzeit auff gethane excesſ mit unterſchiedlichen Weinen Leber / Miltz und das gantze Geblüt innerlich entzündet / darauff unnatürlicher Durſt erfolget / welchem zu begegnen Eure Excellentz damahls mit kaltem unverdaulichen Getränck ſich zu erkühlen unterſtanden / darnach ſich bald bewuſte Blehungen in hypochondriis, Auffhaltung des Athems / Hertzens-Angſt / hinfallende Kräffte des Haupts mit darauff erſtarrenden Gliedern / Auffwallung des Geblüts in den Hertz- und Leber-Adern und ander Ungelegenheit erzeiget hat. Ob nun zwar ſolche geſchwinde Zufälle nicht lange gewehret auch nach gebrauchter purgation Eure Excellentz ſich zimlich wieder befunden; So iſt doch nach hinterhaltener anfallender Verſammlungen in denen Kröß- und Miltz-Adern ſolcher paroxyſmus wiederkommen / biß endlich die Natur ſelbſt ſolche Verſamlung angegriffen und per diarrhœam Pechſchwartzer materien frequentiſſimis copioſis dejectionibus von ſich geſtoſſen. Darauff wiederumb Ewr. Excellentz gute Leichterung geſpüret. Wie aber leicht zu vermuhten / daß bey ſolcher diarrhœa noch ein fomentum oder Zündel gleichſam verblieben / der gleich einem Schwamm an ſich zeugt / und wegen geſchwächter Leber und Miltzen alles in ſeine verderbte Eigenſchafft bringet / wie ein Saurteig einen gantzen Teig anzuſauren pfleget / als haben ſolche beſchwerliche Zufälle / ſich nach und wieder erzeiget / mit geſchwinder Enge und Hinterhaltung des Athems ſamt hinfallenden Kräfften des Hertzens und Haupts ſich gar ſtarck mercken laſſen. Wann dann hieraus abzunehmen daß die vornehmſte innerliche Urſache obgedachter beſchwerlichen Zufälle nichts anders ſey / als collectio tartareæ mucilaginoſæ materiæ in hypochondriis ſingulari corruptione, fermentatæ evaporationibus ſuis prædicta ſymptomata producentis, das iſt / eine anfallende Verſchleimunge um die Leber und Miltzen / in dem kleinen Gedärme / welche zu gewiſſer Zeit durch ihre fermentation und Auffwallung der Bruſt / dem Hertzen und Haupt zuſetzet / als erfolget hierauff / daß eine Art einer hypochondriacæ paſſionis verhanden / welche zwar an ſich ſelbſt langwierig iſt / jedoch Hoffnung giebet / weil noch zur Zeit ſolche nicht lange gewehret / und Occaſione cauſæ

externæ

externæ vor ſechs Monaten ohngefehr ihren Anfang genommen / es werde durch Gottes Segen derſelbigen mit der Zeit abgeholffen werden: Iſt demnach.

1. Dahin zu ſehen / daß täglich der Leib durch den Stuelgaang ſeine Oeffnung habe / um die Blehungen und fernere Verſamlung cauſæ morbificæ zu verhüten.

2. Erfordert die Nohtdurfft daß materia peccans per ſingularem corruptionem fermentata in dem kleinen Geäder des unterſten Leibes erweichet / digeriret und ausgeführet werde.

3. Daneben aber auch die Natur geſtärcket.

4. Und denen Zufällen / ſonderlich / wann die beſchwerliche Enge und Auffhaltung des Athems angreiffet / gewehret und begegnet seyn will.

Pro I.

Belangend das erſte / ſo befinden Ewr. Excellentz ſich wol bey dem Gebrauch der Salben ex ungve. de arthanitâ cum butyro clyſmatico, welche circa regionem umbilici gebrauchet wird; Zum Abwechſeln können gebrauchet werden / pilulæ marocoſtinæ cum depurato Ammoniaco permiſtæ; pilulæ angelicæ vel aloëticæ cum ſucco roſarum præparatæ, vor dem Abendeſſen einen halben Scrupel genommen / Item des weiſſen Cremoris tartari ein Quintlein mit einem Hüner-Süplein zu Anfang des Eſſens / oder ein Hüner-Süplein mit einem Eyer-Dotter vermiſchet: Item Tſchwetzken-Brühe mit kleinen Roſienen geſotten / oder mit geſaltzener friſchen Butter geſchmeltzet / oder Aepffelmüſelein mit kleinen Roſienen; Da dann ſonderlich dahin zu ſehen / daß bey dem Eſſen Ewr. Excellentz ſich allzeit im Anfang weicher gekochter Speiſen und Süplein befleißigen / ſonderlich aber werden zu dieſer Intention die gelinden Clyſtierlein gar wol dienen / wann man in einer Hüner-Suppen ein paar Kalbs-Füſſe wol ſiedet und ſolche Brühe mit Camillen / Dillen / Rauthen Oel oder butyro clyſmatico ſampt ein paar Eyer-Dotter / zu Zeiten 2. Loth elect. lenitivi darzugetahn / vermiſchet / offte beybringen lieſſe / da dann wegen der Blähungen bißweilen auch etliche Löffel voll Mallvaſier darzu getahn werden mag.

Pro II.

Betreffend das ander / ſo iſt bißher recht und wol dahin geſehen worden / wie die verhaltene zähne Verſchleimung um den Miltz- und Kröß-Adern möchte erweichet digeriret und ausgeführet werden / in dem das digeſtiv.-Pulver aus den durchdringenden Saltzen und andern Stücken / ſampt

dem Neben-Gebrauch derer Mittel / welche gelinde purgation verurſachen / verordnet worden / zu welcher intention ferner dießmahl eine Nohtdurfft iſt folgendes Claretum laxativum zugebrauchen auff vier Tage nach einander allezeit zwo Stunden vor dem Morgeneſſen / davon 4. oder fünff Untzen zu nehmen / wann Ewr. Excellentz zuvor etliche wenig Löffel voll von einem kräfftigen Süplein zu ſich genommen haben. Diß wird gelinde purgiren zugleich auch die vornehmſten Glieder ſtärcken mit Außführung derer erweichter und digerirter Materien. Alldieweil aber obgedachte verhaltene zähe Verſchleimung um den Miltz und Leber eine unartige corruption und angehende Fäulung an ſich hält / welche ſich mit Scorbutiſcher Miltzkranckheit vergleichen thut / ſind wir der Hoffnung / es werden Ewr. Excellentz unter denen erweichenden und digerirenden Mitteln / ſonderlich wol bekommen der Safft von der conſerv. folior. cochleariæ oder Löffelkraut-Zucker / deſſen ein Loth mit der aquâ antiſcorbuticâ oder Miltz-Waſſer vermiſchet / über Nacht an einem warmen Ort zugedecket ſtehen laſſen / des Morgens durch ein Tüchlein gedrücket und warm im Bette ausgetruncken / darauff noch im Bette ſich warm gehalten / Nachmittage wiederum zwo Stunden vor dem Abendeſſen ſolches Träncklein genommen und hin und wieder ſpatzieret. Dieſes könte alſo drey Tage wiederholet werden / darauff den vierten Tag des obgedachten Clareti laxativi einen Trunck gethan zur gelinden purgation und hernacher wieder drey Tage voriges Mittel repetiret täglich zweymahl / und wiederum den vierten Tag purgieret / dabey aber in acht zu nehmen / daß nichts deſto weniger in denen dreyen Tagen die angedeutete Mittel zur Laxirung des Leibes können gebrauchet werden.

Wann dieſes nun geſchehen / und wegen vorſtehender Reiſe E. Excellentz länger nicht continuiren könten / ſo würden ſie doch gar wol thun / wann ſie nichts deſto weniger von der conſervâ cochleariæ ein Loth im Bette einnehmen / darneben vier oder fünff Löffel voll von dem Miltz-Waſſer darauff thäten. Alldieweil dieſes Kraut mit ſeinem durchweichenden feuchtigen Saltz ein ſonderlich appropriatum iſt die mucilaginoſam tartaream materiam in denen kleinen Aderlein des Miltzen / Leber und Gekröß anzugreiffen / zu erweichen / zu zertheilen und folgends die hitzige Leber und Miltz remotis obſtructionibus mit auflö-

ſung

ſung der Verſtopffung zu erkühlen.

Dieſer intention nun wol nachzu kommen / wird von nöhten ſeyn / daß vor dem æquinoctio vernali ehe Nacht und Tag ſich gleichen E. Excell. noch einmal / wann ſie unterdeſſen Zeit darzu haben können voriges claretum laxativū wiederholen mit dem Gebrauch des Saffts aus dem Löffelkraut-Zucker / wie vor dieſem geſchehen.

Pro III.

Unterdeſſen will die Natur auch ihre Stärckung haben / die beſtehet in victûs ratione convenienti und Artzneymitteln: Die Speiſen belangend / wil dahin geſehen ſeyn / daß E. Excell. ſich leichter wolverdaulicher weichlicher Speiſe befleiſſigen / nicht gar mancherley untereinander eſſen / ſonderlich wann ſie mit Luſt von Fiſchen genieſſen / deſto weniger von Fleiſch darzu eſſen. Und weil E. Excellentz des Biers gewohnet ſeyn / werden ſie allezeit eines erwehlen / welches wol abgelegen und verjohren / fein lauter ſey und nichts deſtoweniger den Hopffen noch zu erkennen gebe / durch liebliche Bitterkeit / wäre auch dienlich / wenn E. Excell. etwas von caryophyllata oder benedicten Wurtzeln und wenig Lohrbeeren darinnen liegen lieſſen über Nacht / damit es deſto beſſer zur Däuung helffen und weniger Blehungen machen möchte. Auff den Reiſen / da E. Excell. nicht beſtändig gut Bier haben könte / wäre beſſer decoctum Chinæ cum rad. acetos. cinam. & ſaſſafr. in einem Flaſchenfutter mit zu führen und bey dem Wein an ſtatt des Bieres zu trincken / wie denn auch an deſſen ſtatt ein angeſetzter verjohrner Roſinlein Tranck gar nützlich gebraucht werden kan / wäre auch nützlich / wann von der ambra griſea ein Quentlein in ein Tüchlein gebunden allzeit in die Weinflaſche hätte mögen gehencket und davon getruncken werden.

Von Artzeneymitteln dienen / was Magen / Häupt und Hertz ſtärcket / als da ſind Confect. Dianth. cum extract. ligni aloës. diamarg. frigid. Diambr. complet. Item conſerva roriſmar. cum conf. alkermes permixta, die ambra gepülvert und mit Confect. manus perlat. vermiſchet offters des Morgens einer Meſſerſpitzen oder zwey mit einem Cappaunen Süplein eingenommen.

Item / es ſtärcken auch diejenige Sachen / welche die hitzige und verſtopffte Leber und Miltz erkühlen / da ſonderlich der Wegewartzucker aus den friſchen Wurtzeln ſine coctione gemacht / gar wol thut / offte davon eine Stunde vor eſſens einer welſchen Nuß groß genommen. Item die Confection man. Chr. perlat. Diarrhod. Diatrion. ſant. Und weil ſich offt circa veſperam nachmittag ein Durſt erzeiget / wäre gut / wenn

etwa E. Excell. eine kräfftige gelatinam zubereiten lieſſen / nehmlich einen halben Capaunen ſamt ein paar Kalbes Füſſen wol geſotten/dazu gethan raſuræ cornu Cervi crudi in ein Tüchlein gebunden zwey Loth/ mit einander wolgeſotten biß das Fleiſch von dem Knochen fället / auff die letzte ein wenig Muſcatenblumen/ Roſenwaſſer und etwas Roſeneßig dazu gethan / mit ſolcher Brühe ein weniz Mandeln und Piſtacien ausgezogen / nachmahls erkalten laſſen und von ſolchem vor den Durſt ein Paar gute Löffel voll alſo kalt genommen. An ſtatt des Eßigs kan man etliche Löffel voll Weins / und ein wenig Zucker nehmen / oder ein paar Löffel voll Granaten-Wein.

Pro IV.

Was nun zum Vierdten die Zufälle/ ſonderlich die Beſchwerung des Athems betreffen thut / beneben darauff erfolgender Ohnmacht/Beſchwerd in dem Häupt auch zu Zeiten Erſtarrung der Glieder / ſo wird in dieſem Fall die aqua aſthmatica Norinbergenſiũ, Spiritus veronicæ cum Saccharo candi ſolutꝰ gar wol thuen / wie auch der Spiritus Juniperinus cum Rob. Juniperino digeſtus & per inclinationem ſeparatus. Item Spiritus terebinthinæ rubinus ſulphuris, &c. Hieher gehöret auch Spiritus pneumaticus, Item die Bruſtküchlein. Die euſſerſten Glieder/ Hände und Füſſe ſollen alſobald mit der Aqua hirudinum & rutæ warm gerieben werden : So könte auch ein Hertzpulver ex margarit. ppr. Chriſolit ppr. cum lapide bezoar in aqua veronic. Saccharo cand. dulcorat. eingegeben werden. Sonſten wenn die aufſteigenden Blähungen ſich mercken laſſen/wird das elixir. propriet. Parac. acht oder 9. Tröpfflein in ein paar Löffel voll Wein/ vel alio appropriato liquore eingenommen auch gar dienſtlich ſeyn. Euſſerlich können wieder die Blähungen des Miltzens gebraucht werden die Miltzſalbe / darauff das Pflaſter nach der Salbung auffgeleget werden / nachfolgender Deſcription:

℞. Ammon. acet. ſquill. ſol. ℥ii.
Succi nicotian. per decoct. in aq. appropriat. extract. ebuli ana ℥i.
Reſin. pini & terebinth. ana ℥ß.
Ol. cappar. & ceræ ana q. s.
F. Ceratum extens. corio & obductum ſyndone ad regionem lienis.

Dieß wäre alſo dißmahl unſer Bedencken welches zur Nachricht wir hiemit untertähnig auffſetzen wollen. GOtt der allmächtige wolle ſeine Gnade und Segen zu guter beſtändiger Geſundheit verleihen

Da-

Datum Augſpurg den 6. Februar. Anno 1633.

Eur Excellenz

Unterthänige

Gregorius Horſtius. D.
Philippus Hochſtetterus D.
Paulus Jeniſch. D.
Jeremias Echardus D.
Johannes Heniſius D.

Claretum laxativum

℞ *Radic. Chin. el.* ℥ʲß
Sarſaparil.
Ligni ſantal. citrin.
Lentiſci ana ʒii.
Rad. Caryophyllat.
pæon ana ʒiß.

F. decoctio in s. q. aquæ ad tertias tecto vaſe, ſub finem coctionis adde Saſſafr. cinam. ana ʒiß

Stent per noct. in loco calido, manè colentur cum levi ebullitione ℔iiii infundantur iterum per noct.

Fol. ſen. s. s. ℥i. ʒii.
Mechoacann. nigr. ℥ß.
Hermodactylor.
Turpeth. ana ʒii.
Epithymi ʒiß.

Stent per noctem in loco calido, manè per manic. Hippocr. colent. & Saccharo candi dulcorentur doſis ʒiii ß.

Spiritus pneumaticus.
℞. *Spiritus Veronic.* ʒiß.
Aniſi ʒß.
Sulphur. gtt. XV.
Sacchar. cand. ℥i. M.

Rotulæ pectorales.
℞. *Extract. liquirit.* ʒi.
Specier. Diaireos ʒii
Flor. ♆ *ris ſperm. ceti ana gr.* vii
Sacchar. opt. c. aq. ſaſſafr. ſoluti
℥iii M.
F. rotulæ.

Unguentum ſpleneticum
℞. *Ol. cappar.*
Tamariſc. ana ℥i
Ungv. nervin. ℥ß.
Ol. chamomill. deſtill. ℈i.
Ceræ parum. F. linimentum.

EPISTOLA XVII.

De eadem affectione

Reverendo & doctiſſimo

DN. JONÆ STAUDIO

Eccleſiæ Caminenſis Archi-Diacono

BALDASSAR TIMÆUS

V. G.

S. P. D.

VAletudinem tuam in ancipiti verſari teque cum morbo illo literatorum dicto, iterũ conflictari doleo, mi Amice, DEUM precatus â pertinaci & moleſtiſſimo hoc malo te liberet, ſalvumque & incolumen diutisſimè præſtet! Curandi methodum ex tractatu meo de affectione hypochondriacâ plenius

niùs cognoſces. Nunc ex penu mea pharmaceutica transmitto eſſentiam hypochondriacam, cujus uſum nunquam non expertus ſum ſalutarem. Sumitur purgato priùs corpore ex jusculo cereviſiæ vel carnium non pingui à ſcrupulis duobus ad drachmam unã hora una ante prandium vel cœnam frugalem ſubſequente moderato corporis exercitio.

Adjunxi & cathartica, quæ deſideras, quorum uſum & doſin haud dubiè noſti.

Gialappa ſive mechoacanna nigra melancholicis, ſeroſis & pituitoſis humorib9 expurgandis convenit, datur a ℈ ß ad ℈ii. Paratur ex hac radice reſina, cujus grana ſeptẽ vel novem cum conſerva fumariæ & confectione alkermes exhibita melancholicos ac ſeroſos humores optimè & ſine moleſtia ac viriũ dejectione educunt, In liquore nõ facilè diſſolvitur, quamvis in ſubtiliſſimum pollinẽ redacta ſit, ſtatim tamẽ coagulatur, excepto ſpiritu vini rectificato, cum quo tamen minus tutò exhibetur.

Si verò ſemina N. cuicunq; etiam liquori miſcueris, ſolutionem nullo negotio obtinebis, quod ego quidem pro arcanô hactenus habeo.

Mechoacanna alba ſeroſas & pituitoſas ſuperfluitates eliminat, mihi in febrib9 quotidianis ſingulare eſt remediũ, utpotè quod nõ ſolùm pituitam blande & citra moleſtiam purgat, ſed & reſolvit atq; exſiccat & temperatè ventriculum calefacit ac roborat. Exhiberi poteſt â ʒi ad ℈iiii vel ℈v.

Species diaphœniconis bilem flavam & maxime pituitam evacuant, ventriculi doloribus & id genus vitiis ex crudis humoribus obortis conferunt, ventris inflationes tollunt, & obſtructiones expediunt. Sumuntur â ʒi ad ℈iii.

Pilulæ noſtræ cephalicæ pondere ſcrupuli unius & ſemis ab adultis robuſtioribus deglutitæ caput & nervos à pituitoſis billioſisque excrementis liberant, delicatis ℈i ſufficit.

His addidi flores ſcammonei ſingulari artificio paratos, quibus acuere poteris purgantia transmiſſa, ſi quando fortiori opus fuerit catharſi. In febribus tamen & morbis calidioribus minùs conveniunt. Cave etiam, ne in doſi pecces; grana tria vel quatuor aliis purgantib9 ſufficiunt mixta. Per ſe autem grana novem vel ſcrupulus. Semis ex conſerva roſarum vel violarum ad evacuandam bilem flavam utiliter exhibentur.

Cornu cervi quomodo absque △ calcinetur, ſalia item qua ratione cryſtalliſentur aliasque ἐγχειρήσεις elegantiſſimas proximè ad oculum demonſtrabo brevi ad vos viſu-

viſurus, niſi quid obſtiterit. Interea ut melius valeas, devote precor. Dabantur Colbergæ die VIII. Sept. Anno M. DC. XXVIII.

EPISTOLA XVIII.

De affectione hypochondriacâ cum dolore capitis alvi duritie aliisque ſymptomatibus.

Generoſo & Nobiliſſimo

DN. TUVU BREMEN

Regni Sveciæ Colonello &c.

BALDASS. TIMÆUS. V.G.

S. P. D.

HOch Edelgebohrner / Geſtrenger Veſt und Manhaffter / inſonders großgünſtiger Herr Obriſter / hochgeehrter / brüderlicher Freund / deſſen beyde ſchreiben / eins im Martio das andere im Majo itzt lauffenden Jahres zu Flenßburg datiret / ſind mir wol eingehendiget / habe nicht ſonder Compaſſion meines hochgeehrten Herrn Obriſten langwirige Leibes-Beſchwerden daraus vernommen / wünſchende der allgütige GOtt ſelbige in Gnaden wenden und gute beſtändige Geſundheit zu langen Zeiten verleihen wolle / Anreichende / mein geringes Conſilium und Gutachten welches der H. Obriſter wegen ſothaner ſeiner Leibes-Beſchwerden in ſcriptis zu eröffnen begehret / achte ich ſolches zwar unnötig / zumahl kein Zweiffel / es werde der H. Obriſter ſelbigen Orths gute wolerfahrne Medicos zur Hand haben / deren Rath und Hülffe er zu gebrauchen : Und ob ich zwar meine Schuldigkeit hierin dem H. Obriſten auch gerne conteſtiren möchte / wil es doch bey ſo weiter Abgelegenheit etwas ſchwerer fallen / da man der Kranckheit eigentlichen Zuſtand und Zufälle / welche öfftern in einem Tage geſchweige dann in ſo langer Zeit ſich gar mercklich zu ändern pflegen / ſo genau nicht wiſſen kan.

Damit aber dennoch dem Herrn Obriſten dißfals etlicher maſſen ſatisfaction geſchehe / wil ich mein geringes Sentiment mit wenigem eröffnen:

EXcellentiſſime & Clariſſime Vir, Adfinis & Amice obſervande, Primitias literarum tuarum rectè accepi plenas humanitatis & benevolentiæ, eoque nomine dignas quæ amoris reciproci oſculo libentur. Gratum verò erat inter cętera intelligere, Te non ſolum doctæ urbis Medicum, verùm etiam Doctorem ſive Profeſſorem audire, ac proinde geminum honorem ex animo Tibi gratulor, Deum veneratus, perſonam hanc incremento Academiæ, civium Salute, Tua fama & uſu diu incolumis & decorè ſuſtineas. Cæterùm de Scorbuto maris Baltici accolis endemio, quæ ad me refers eadem in praxi, quam duodenis plus annis hîc exerceo, ſæpius mihi obſervare licuit; Solet infelix hoc lolium omnibus ferè morborũ ſeminibus ſeſe implicare, ut in his quidem oris raro morbum aliquẽ reperias ſine hoc: Neq; id mirum

rum; Scimus Furiarum hanc quartam ex victu craſſo, corrupto, tanquã ex antro Trophonio prodire; delectari aëre aquilonio, frigido, impuro, craſſo, ſalſuginoſo &c. Locis gaudere paludoſis, lacuſtrib9, uliginoſis, maritimis, humidis &c. Quæ omnia quantum apud nos & totum ſeptentrionale collimitium vigeant, nemo eſt, qui ignoret, quãquam ſævitiam ſuam alibi magis, alibi minus exſerant. De Belgio ſcribit Ronſſæus, multò graviùs & frequentius ſcorbuto affici ilios, qui Alemariã, Amſterodamum & vicina loca inhabitant, quã qui aut Goudæ aut Roterodami degunt, quamvis eodẽ victu utantur. Idem in Pomerania noſtra obſervare licet. Videm9 enim eos qui Stralſundum, Gryphiſwaldum, Colbergã, Caminum &c. incolunt, frequentius & duriùs hoc malo tentari, ac eos, qui Sedini, Stargardię, Cöslini &c. Lares tenẽt, haud aliâ de causâ, quam quòd hæc locis editioribus ac aridis, illa uliginoſis, paluſtrib9, & mari magis vicinis ſita ſunt, unde & aquarum impuritas, & ſalſugo intẽſior, quod vitium ego quidem non inter poſtremas ſcorbuti cauſas referẽdũ puto, cùm & nulla re copioſi9 in victu utamur ac aquis, quæ ſi vitioſæ ſint ſ. crudæ bibantur, ſive cum tritico vel hordeo & aliis in modum cerevisiæ coquantur, aut cum cibis & juribus aſſumantur, magnam in producendis variis morbis, maxime ſcorbuto vim habent, ut ex Hippocr. lib. de aëre, aquis & locis c. 3. manifeſtum eſt. Quod autem curationem morbi hujus graviſſimi, quem verè Proteo formas ſeſe vertenti in omnes aſſimilaveris, attinet, equidẽ deſideriis tuis ægre ſatisfecero: Nova quippe & ſingularia fruſtra à me expectas; Quæ vero uſu hactenus cõprobata habeo exiguæ lãcis ſunt, & ut promam, fere hujus farraginis.

I. Medicationis auſpicium minus commode, quod multis ſolet eſſe, à præparantibus fieri; Sed rectius lene aliquod medicamentum primas vias evacuans præmitti ne humor ventriculo extorumq; mæandris infarctus ſubſequuturæ ἀναχωρήσει reluctetur aut, cum aperientibus in venas rapiatur.

II. Præparantia vulgaria ex aperientibus & attenuantibus fruſtra exhiberi, niſi jungantur, quæ ſpecifica vi humoris ſcorbutici malignitatem corrigere valent.

III. Purgantia fortiora hoc morbo affectis ſemper eſſe noxia, quandoq; exitioſa: Conſtat enim multiplici experientia ſcorbutum iis non parum exaſperari, adeò ut nonnulli vehementiorũ purgantium uſu in præſentisſimum diſcrimen & vitæ periculum conjecti ſint; Unde non mirum Rhabarbarum majori commodo, uti Te obſervaſſe ſcribis, exhiberi, ac Diagridium. Noſti enim quam vehemens & noxium ſit medicamentum, præſertim, ſi quis eo ſolo

ſolo utatur, cùm interdum ſtimuli loco aliis mitioribus paucorum granorum pondere addi tantum debeat. Neq; novum eſt in quibusdam affectionibus blandè purgantia plus vitioſi humoris educere, quàm validiſſima quæquam. Exemplum hujus rei verè notabile habet inſignis ille Anatomicus Adrianus Spigelius in tractatu de febri ſemitertiana lib.4. c.13. Multos, inquit, novi, in Germania & Pannonia qui ex præſcripto familiarium Medicorum aſſumebant valde purgantia medicamenta, & ut medicamenta ſuo officio fungerentur, in duplici, ut appellant, imò quandoq; triplici doſi. Hos tandem ego accerſitus, nõ ſine omnium, qui tunc aderant, admiratione ſimplici apozemate vel Diapruno ſolutivo cum manna copioſiſſimè purgabam.

Cauſſam citato loco addit, quæ ibidem videri poteſt. Quapropter mihi quidem tutiùs ſemper viſum eſt, putridæ colluviei ſentinã ſenſim & per epicraſin exhaurire & benignioribꝰ catharticis ſæpius iteratis Augiæ hoc ſtabulum repurgare, quã uno impetu totã Camerinã movere ægrumq; in præcipitia ducere.

IV. Antiſcorbutica pleraq;, imprimis ex vegetabiliũ penu deſumpta, exigui eſſe uſus, ſi vulgari modo decoquãtur aut exſiccẽtur. Certum enim eſt, omnẽ eorum vim & poteſtatem in ſale volatili deliteſcere, qui ab igne facillimè diſſipatur, aut cum humido in exſiccatione evaneſcit. Quare ſatius eſt, uti plantis recentibus earumq; ſuccis & conſervis, infuſis item & deſtillatis nec non ſpiritibus per fermentationem & deſtillationem a plantis artificioſè elicitis. Hæc enim omnia ſalis volatici integrâ poſſeſſione gaudent & verum luis ſcorbuticæ eradicativum dici merentur; Reliqua eodem ſpoliata nullarum ſunt virium.

V. Alterantia nimis calida interdum magnam ſcorbuticis inferre noxam, præſertim ſi bilis luxuriat; Quo in caſu antiſcorbutica per ſe acria & calida admixtis frigidis, ut cichorio, endiviâ, acetoſellâ, ſucco citri, berberum ribium &c. temperanda, vel cum ſero lactis exhibenda.

VI. Sudorifera in hoc malo eliminãdo maximi momenti eſſe, modò caute adhibeantur, nec, uti dictum, calidis malum exaſperetur aut vehemẽtiori ſudoris elicio vires dejiciantur. Nõ inconveniens erit, ſumptis in aurorâ Diaphoreticis ægrum ex intervallo electuario aliquo refrigerante & roborante reficere, aut conveniente jolabio uti, ſi præſertim ſitis urgeat. Commodius autem in laconico l. tina undiq; contectâ exſerto capite ſudores provocantur, quã in lecto; Sic enim nec vires debilitantur adeò & pleniùs quicquid excrementitii humoris in corpore reſedit, exſugitur, adeò, ut

ejusmodi ſudationibus quandoque plus proficiatur,quàm purgatione & phlebotomiâ. Symptomata, quorum E.T. mentionem facit,quoties urgent iisdem medicamentis demulcere ſoleo, quib9 alias mitigantur,admixtis ſubindè quæ peculiari proprietate ſcorbuto adverſantur.

In Colicis doloribus, qui ſub noctem ideò plerumq; ingraveſcunt, quod eo tempore humor melancholicus moveri ſoleat, felici ſucceſſu utor enemate blando ex emollientibus & humectantibus addito unguento clyſmatico Reuſneri (quod habet in libro de ſcorbuto exercit.7) & ſale nitri. Interdum ex lacte & ſaccharo rubeo cum butyro recenti & albo Græco.

Ventrem inungo oleo cyclaminis cuj9 meminit Adrianus Spigelius in tractatu de febri ſemitert. lib.4.c.13. vel oleo chamæmelino, amygdalino,anethino&c.additis aliquot guttulis de oleo deſtillato baccarũ Juniperi,carui, cumini &c. & eſſentiâ croci,umbilico inſtillare ſoleo oleũ myrrhæ. Interdum cataplaſma applico ex parietarię & naſturtii foliis cum cœpâ cocta addito oleo Scorpionum; l. omentum vervecis oleo calido imbutũ.Si his dolor non miteſcit, præmiſſo clyſtere ad inſeſſus confugio, quos ego pro certiſſimo auxilio habeo:Parantur ex aquâ fluviali calefacta & alteratâ radicibus althææ, lilior. albor. Florib. chamæmeli, meliloti, Sãbuci, foliis malvæ, parietariæ, violariæ, trifolii pratenſis, naſturtii aquatici, beccabungæ & ſimilibus.

Sedeat patiens in labro vel ſemicupio,quod in ſe tantum aquæ contineat,ut ad ſedentis pect9 uſq; pertingat. Ex internis probatur oleum amygdalarum dulcium recens ex jure pulli pondere ℥iß. cum mannæ puriſſimæ ℥i. ſumptum.

Electuarium anticolicum Spigelii, pulvis ejusdem ex æqualibus partibus ſeminis cymini, carui, (quibus ego ſemen naſturtii aquatici addo) & ſalis nitri pondere unius aurei è jure carnis hauſtus. Item aqua carminativa Dorncreilii cum aquis antiſcorbuticis mixta. Tinctura corticum aurantiorum cum aquâ carduiben. & cochleariæ exhibita.

Sedato dolore corpus per epicraſin convenientibus medicamentis quæ agaricum & ſenam recipiunt blandè expurgare ſoleo,non neglectis alterantibus &roborantib9,quæ hic maximè ſunt neceſſaria.Alvi ſegnitiẽ, quæ plerumq; à ſiccitate inteſtinorum & fœcum duritie provenit,corrigent cibi alvũ lubricantes, quales ſunt jus pulli pingue,butyrũ cum ſaccharo ſumtum ex cereviſiâ calidâ vel aquâ radicib9 petroſelini & malvæ alterata; pruna item vel poma cocta inque principio menſæ aſſumpta, ſerum lactis, lac ebutyratum, quod in hoc caſu ſcorbuticis admodũ prodeſſe ſæpi9 obſervavi. Radices cichorũ conditæ aut ficus

Maſ.

Maſſilienſis ſex aut octo jejuno ſtomacho devoratæ & .imprimis paſſulæ Corinthiacæ in hunc modum adornatæ:

℞. *Fol. Sen. S. s.* ℥ß.

Affunde

Aq. Endiv. recte deſtill. ℔ß.

Salis ♀ri ℈i. Mixta ſtent in digeſtione per horas XXIV. Poſtea exprimantur fortiſſimè. Adde ſacchari candi puriſſ. ℥iß.

Ebulliant unica ebullitione; poſtea ſuperfunde paſſulæ. Corinthiacarum ℔j. ſerventur in vitro. Paſſulæ hoc modo præparatæ ſumantur è cochleari unciæ unius pondere horis duabus ante prandium vel frugalem cœnam. Gratum eſt palato medicamentum alvum ſine moleſtiâ ſubducens. Nonnulli commendant eſſentiam ſalis ♀ri, ſi grana quinq; vel ſeptem in hauſtulo vini vel alio liquore horis duabus à cœnâ exhibeantur, & mirabiles ejus effectûs in alvi conſtipatione à quacũq; causâ procedẽte prædicant. Sed nihil certi de hoc affirmare poſſum, cũ nondum periculum fecerim. Sitim ſcorbuticorũ quod attinet, miror quosdam etiam magni nominis Medicos in hac eſſe opinione, eam in ſcorbuto nullam eſſe aut exigui momenti, cùm plerumq; individuus hujus mali comes ſit, ab humore ſalſo, acri, quandoq; etiam bilioſo proveniẽs. Et poſſem id ipsũ, ſi opus foret multorum exemplis demonſtrare, qui etiamſi non febricitarent, ſiti tamen vehementiſſimâ urgebantur, ut ne noctu quidem à potu abſtinere poſſent, quanquam hoc in confirmato ſcorbuto magis eveniat, quàm ubi malum adhuc recens eſt.

Nihil autem ad reſtinguendam ſitim, in hoc quidem morbo, efficacius deprehẽdi, quàm decoctum radicis chinæ, ſi ejus unciæ uni teſſulatim inciſæ addantur radicum liquiritiæ ʒv. Santali rubri ʒiß Aquæ fontan. ℔viii macerenturq; per noctem, poſtea coquantur igne lento, vaſe bene cooperto ad remanentiã ſex librarum. Bibat æger de hoc decocto quantum & quando libuerit, nullum exinde percipiet incomodum, etiamſi largiùs illud hauſerit. Si quis ex ſuccis aut ſyrupis refrigerantibus, quales ſunt granatorum, berberum, limonum, violarum, ribium, acetoſellæ &c. aliquid admiſcere velit, ei integrum eſto. Nonnulli radices acetoſæ ex aqua coquunt, quæ indè colorem vini rubri contrahit. Proderit etiam pulpam citri aut aurantii acidi pulvere ſacchari candi aſperſam deguſtare, aut ceraſa acida ſiccata & in aquâ frigidâ macerata ore detinere, radices liquiritiæ ſucculentas maſticare vel os aquâ frigidâ aceto vini dilutâ aut lapide prunellæ imprægnatâ colluere idq; ſæpius iterare. Habes, mi Oeslere, quæ circa hydram hanc Lernæam obſervare hactenus mihi contigit;

Meliora ſi quæ impoſterum docuerit dies & ipſa Tibi mecum erunt communia, nec dubito, idem quin ſis facturus & ut facias, amicè rogo. Dignum quippe videtur, eos quibꝰ unus idemq; ſcopus præfixus eſt, fideliter & unanimiter in eo cooperari ut ſcopum illum aſſequantur. At cum unius hominis non ſit ſingula perveſtigare, oculique plus videant quam oculus, merito ea quæ experientia & ratio cuivis ſuppeditat in commune conferuntur. Ex multis enim ſecundum Scaligerum aliquid fieri poteſt, quamvis & id non magnum ex ſingulis penè minùs, quam nihil. Homborgum pharmacopœum ex tua comendatione officinæ noſtræ libenter præfeciſſem, niſi alius eum prævertiſſet, antequam tuæ, mihi redderentur. Si quâ in re alia E.T. impoſterum gratificari potero, habebit me ad omne officiorum genus paratisſimum. Vale Amicorum deſideratisſime, &, quod facis mutuiter amare perge tui amantem.

EPISTOLA XXX.

De eodem affectu.

Nobilisſimo & Excellentisſimo.

DN. JOHANNI SCHONERO, Sereniſſimæ Reginæ Sveciæ Archiatro,

Fautori, Amico, & Collegæ ſuo Honorando.

BALDASS. TIMÆUS V. G. *S. P. D.*

EXcellentiſſime Vir, Domine & Amice Honorande, ex quo à Serenisſima & Potentisſima Regina Sveciæ vidua &c. ad munus Archiatri nuper vocatus ſum, intellexi R. S. M. ex fontibus Hornhuſiæ apud Serenisſimam Principem Schöningenſem divertiſſe, ibidemque Conſilio & opera Excellentisſimi Domini D. Conringii non infeliciter uſam.

Prædicat Serenisſima Regina etiam nunc medicamenta ab ipſo præſcripta, atq; denuò repeti poſtulat. At cum nihil certi mihi de his conſtet, ſummoperè rogatum te volo; ut deſcriptiones iſtorum Medicamentorum, quas penes Te eſſe audio, & ſi quid circa eorundem uſum & ſtatum morbi, quem ego pro ſcorbuto habeo obſervare licuit, eâ quâ par eſt fide communicare non graveris, id quod omni ſtudio & officiis vicisſim demereri, ſedulò annitar. Vale. Dabam in arce Sedinenſi. Kalend. Decembris ANNO M. DC. XLVIII.

Nobilisſimo & Excellentisſimo

DN. BALDASSARI TIMÆO V. G. Sereniſſimæ Reginæ Sueciæ viduæ Archiatro.

Fau-

Fautori, Amico & Fratri ſuo dilecto
JOHANNES SCHONERUS
M. D.
S. P. D.

EXcellentisſime Vir, Amice Frater & collega honorande, functionem a Sereniſſima Regina nuper tibi oblatam ex animo gratulor DEUM precatus perſonam hanc Sereniſſimæ Reginæ bono, tuaque fama & commodo diu incolumis & decore ſuſtineas!

De morbo Sereniſſ. Reginæ quid ſentiat D. CONRINGIUS & quæ medicamenta præſcripſerit ex conſilio ejusmodi, cujus autographum transmitto, cognoſces, ſcorbuto R. M. affligi certum eſt, nec quicquam ex omni Medicamentorum penu melius fert, quàm eidem oppoſita appropriata & ſpecifica, maxime ſi frigidis temperentur, id quod ſæpius obſervavi. Latet tamen & alius hac anguis in herba, de quo proxime, ubi convenerimus. Vale & abruptæ per tabellionem, cujus tranſitus celer eſt, ſcriptioni bonus ignoſce. Dab. Straſſundi. d. VII. Dec. A. 1648.

Conſilium
DN. D. HERMANNI CONRINGII.

OBſervavi Sereniſſ. Reginam à Scorbuto vehementer affici, eoq; ſcorbuticis humoribus multũ abundare. Deprehendi etiam animum pariter, ac corpus levi momẽto huc illuc agi, quod ipſum indicio eſt, omnem ſanguinis maſſam per ſe eſſe mobilem. Ad hoc conſtat, facile ab aſſumptis calidis intẽdi corporis æſtum. Ea propter hac autumnali tempeſtate ſvaſi ſubinde uſum menthæ & cochleariæ horis matutinis. Cum alvus eſſet adſtrictior ſemel atq; iterum adhibui decoctum prunorum cum ℈ii. Cremoris ♀ri & reſinæ Gialapp. gr. ij. Quinquies corpus purgavi familiari mihi pulvere, qui habet cryſtall. ♀ri. ℈ii. Reſinæ Gialapp. gr. ij. Hic ſingulis vicibus ita expectationi reſpondit, ut Sereniſſima Regina nunquam non in toto corpore quaſi magna ſaburra levatam, & ad omnia ſolito magis idoneam ſeſe ſenſerit. Sudor bis terve matutinis horis naturæ vi expulſus fuit, ut ad id medicamentis nullis opus fuerit. Tam paucis & levibus remediis defunctus ſum, quod ratione firma & longo uſu habeam compertum nõ multa, non calida, non varia tolerare illud ſcorbuti genus, quo Sereniſſima Regina laborat, eoq; ſvadeo etiam ne quis temere in Sereniſſimæ illius ſcorbuticæ curâ aliam viam ineat, exemplo fortè aliorum Scorbuticorum adductus, varia ſcilicet humoris ſcorbutici ſunt diſcrimina, neq; in multitudine & magno precio medicamentorũ conſiſtit recta curandi ratio, ſed ſæpe in vilium quoq; rerum uſu, modo juſtus & prudens ſit. Hac hyeme porro (ſi nihil

hil aliud interveniat) conſuluerim, ut Sereniſſ. Regina ſingulis ſeptimanis horis matutinis bis capiat ſucci cochleariæ & citri ana ℥i. & poſt plenilunium ſemel quovis menſe corpus evacuet pulvere illo ſupra laudato.

Quid proximo vere agendum ſit præſentes medici viderint. Intereà Sereniſſ. ac Potentisſimæ Reginæ fauſta quæq; & felicia, cumprimis corporis ſanitatem exactam DEUS indulgeat, Oro. Dabam Helmſtadii XXV. Dec. Anno M.DC.XLVII.

EPISTOLA XXXI.

De Calculo Renum.

Ad

Maximè Reverendum Magnificum & Nobilisſimum

DN. PHILIPPUM HORN,

Sereniſſ. Electoris Brandenburgici

Conſiliarium intimum, Pomeraniæ Orientalis Præſidem & Reverendi Capituli Caminenſis Decanum, Dominum in Devith Schlakovo & Frauendorff &c.

RENUM calculo te laborare Magnifice & Excellentisſime Vir, non tantùm crebræ calculorum & ſabuloſæ materiæ excretiones, ſed ipſe quoq; dolor fixus & gravis cum poſitu circa regionem renis modo dextri, modo ſiniſtri teſtatur.

Qui calculi cùm non contineantur in ipſa renum ſubſtantia, ſed eorundem potiùs cavitate, dum à natura ex eadem in ureteres ſenſu exquiſitiſſimo præditos veſicam verſus protruduntur, non rarò acerbisſimos dolores concitant, præſertim ubi craſſiores inæqualiores & aſperiores fuerint, unde accidit, ut non rarò urina cruenta appareat, ob venulas, in tranſitu læſas & reſeratas.

Illius autem materia eſt ſuccus lapideſcens una cum ſanguine ad renes per vaſa delatus. Non enim quemlibet ſuccum crudum, lentũ, viſcidum aut ſalſum materiam calculo præbere indè cognoſcitur, quòd plurimi dentur, qui ſuccis ejusmodi abundant, calculo tamen nunquam tentantur. Ejusmodi v. ſuccus nondum ſufficiens eſt calculo generando, niſi accedat inſuper, cum renum intemperie calida & ſicca ſpiritus quidam lapidificus, qui tanquam cauſſa efficiens principalis in materiam prædictam agit eamque coagulando & conferruminando in lapideam ſubſtantiam convertit, modò duriorem, modò friabiliorem pro ratione diſpoſitionis materiæ ſive ſucci lapideſcentis. Quod enim nonnulli dicunt, calculum generari ex ſale urinæ, nihil eſt, cùm omnis urina ſalſa ſit & ejꝰmodi materia ſalſa non rarò copioſisſimè reperiatur in multis corporibus, à calculo & arenulis prorſùs immunibus & liberis.

Ad

Ad generationem vero crudorum ſuccorum tanquam cauſæ materialis antecedentis, multum facit epatis calor præternaturalis. Cum enim propria ventriculi actio ſive chylificatio non perficiatur à quolibet calore ſed moderato, ſeu commenſurato, qui ſi ve peccet in defectu ſive in exceſſu, ſtatim actio vētriculi ſeu operatio læditur & chylus crudus & impurus generatur. Epar vero ſuo ventriculo incumbens eumq; calore naturali fovens, ubi calor ej⁹ immoderatus eſt, non poteſt nō calorem ventriculi naturalem in nō naturalem vertere, adeoque temperamētum ventriculi nativum mutando læſæ ipſius actionis ſive chylificationis author eſſe. Hinc origo variorum morborum & ſymptomatū. Quia verò hoc malū in viro Excellentiſſimo nimis altas radices egit, atque in ſenectute incipiente ipſe nunc verſatur, difficulter radicit⁹ illud extirpari poterit, teſte Hipp. 6. Aphor. 6. Renum & veſicæ vitia in Senib⁹ difficulter ſanantur. Verùm quia natura arte adjuta hacten⁹ feliciter calculos generatos expulit, quamvis ſæpe cū dolore ſatis acerbo, ita quin deinceps quoq; ſuo ſtrenuè functura ſit officio, null⁹ dubito, præſertim ſi Excellentiſſ. Dn. Ægrotum temperantem & præceptorum medicorum obſervantem invenerit, ad minimum mitigationē & levamen, DEO annuente, polliceor.

Indicationes erunt vel curativæ in paroxyſmo, vel præſervativæ extra paroxyſmum. In paroxyſmo primo dolores erunt demulcendi, ſecundò natura in calculo expellendo juvanda.

Cum igitur dolor imprimis exaſperetur quoties alvo ſuppreſſa renes à flatibus aut fœcibus ſubſiſtentibus premūtur, unde natura in calculo excernēdo impeditur. Ad promovendam excretionem calculi in ureteribus ſubſiſtentis & ad dolorē demulcēdum optimum erit excremēta in inteſtinis contenta evacuare, alvum emollire, viasq; per quas calculo tranſeundum eſt, relaxare, quod commodiſſimè fieri poterit clyſteribus emollientibus & anodynis ex ſolo lacte recenti cum butyro non ſalito præparatis. V. G.

℞. *Lactis recentis* ℥x. *butyri non ſaliti aut mediocriter ſale conditi* ℥iiij.

M. F. Clyſter, Vel.

℞. *Rad. lilior. albor. althææ an.* ℥j. *Herb. veronic. parietar. malvæ ana* Mj.
Flor. verbaſci, chamæmel. melilot. hyperic. ana Mß. *Sem. lini fænigr. ana* ℥ß. *baccar. Junip. tartari crudi ana* ℥j. *Ficuum pinguium No.* vj. *Coqv. in s. q. aq. Commun. Colat.* ℥x *adde caſſiæ pro clyſteribus* ℥j. *Ol. chamomil. ſcorpion. ana* ℥ß.

M. F. Clyſter.

Commodus eſt etiam ille qui ab Excellent. Dn. Legato Salvio commendat⁹ eſt. Ad meatûs verò laxan-

dos & facilitandum calculi per ureteres deſcēſum, regio renum à dorſo ſecundum ductum ureterũ pubē verſus inungatur hoc linimento:

℞. *Ungv. d. althææ* ℨvi.
ol. amygdal. dulc. &
Scorpion. ana ℨii.
rutæ deſtillat. ℈i.
Spirit. terebinth. ℈ß.
M. D. in fictili.

Hanc verò inunctionem præcedere debet fotus cum ſpongiâ ex ſequente decocto:

℞. *Fol. malvæ, althææ. parietar. beton. pimpinell. ana* Mi. *Flor. verbaſci chamæmeli, origan. hyperici, Ononid. ana* Mß. *Sem. lini fænigr. ana.* ℥ß. *baccar. juniper.* ℥ß. *Præparata ſ. a. coqv. in ſ. q. aq. cōmun. Colaturæ* ℔ iiii. *dentur pro fotu calidè ſemper uſurpando.*

Interiùs verò aſſumat:

℞. *Terebinth. Venet.* ℨii. *vel* ℨiii. *vitell. ovi parum. diſſolvantur hæc ſenſim affundendo aqv. fragariæ & petroſelini* ℥ii. *vel* ℥iii. *ut redigantur in formam cremori lactis non abſimilem, Adde Syrup. d. althæa Fernelii compos.* ℨvi. *vel* ℨi.

M. F. hauſtus. Terebinthina hoc modo præparata optimè poteſt ſumi & eſt jucundi ſaporis. Vel.

℞. *Vini rhenan. ſucci lemon. recent. ana* ℥ij. *Syrup. d. althæa compoſ. Fernel.* ℥i. M. Sumat duabus vicibus ad minimum. Conſultum etiam eſt, pulveris à Dn. Legato Salvio commendati ℨi. aſſumere.

℞. *Lapid. prunell.* ℥ß. *lapid. percar.* ℨij. *macis, cinam. acerrimi ana* ℨj. *Croci gr. iiij.* ⊖*lis* ♀*ri puriſſimi* ℈ß.
M. S.
Stein-Pülverlein.

Similiter hic confert decoctum Foreſti:

℞. *Hord. mundat.* ℥ij. *Liquirit. raſæ* ℨvi. *Cicer. rubr.* ℥iiij. *Sem. malv. alth. quatuor frigid. major. non excort.* ℨij. *paſſul. major. exacinat.* ℥j. *ficuum No.* vj.

Coqv. in ſ. q. aq. fontan. ad remanent. ℔ij. Colaturæ ſumatur bonus hauſtus ad. ℥v. calidè. Hoc decoctum non tantum dolores lenit ſed vias quoq; laxat emollit, ut calculus facilius tranſire poſſit & eſt remedium probatiſſimum, præſertim ſi cuilibet hauſtui addantur gtt. vi. aut vii. ſpirit. Salis communis. Poteſt etiam ſumi loco potûs ordinarii.

Ubi hiſce uſurpatis dolores nihilominus perſeverant, uti nō rarò fieri conſvevit, inſideat balneo aquæ dulcis tepido, non calido (hoc enim nimium reſolvit vires & exſiccat) quod alterari ſimiliter poterit herbis ſupra pro fotu ordinatis.

Ante ingreſſum verò balnei ſumat aliquid medicamentorum pro calculo pellendo præſcriptorum. Poſt egreſſum iterum injiciatur clyſter, qui licèt parum vel nihil educat, quod non rarò ob dolores & teneſmum ſive continuam excernendi cupiditatem fieri ſolet, non

tamen ceſſandum eſt, ſed injiciendus ſecundus, tertius, quartus &c. in minore verò quantitate, ut eò melius & diutius retineri poſſit. Sic enim viæ tandem laxantur emolliunturq; calculo iter ad exeundum paratur. Repetantur ſimiliter fotus & litus ſupra præſcriptus. Interdum verò pro viribus roborandis exhiberi poſſunt juſcula carnium cum cerefolio aut petroſelino parata, quibus addi poterunt ʒi. aut ʒij. acidi ♀ri, ut ita fiat juſculum medicamentoſum guſtui ſatis gratum.

Hæc omnia non tantùm habent vim emolliendi vias, per quas calculo tranſeundum eſt, laxandi, dilatandi, verùm etiam calculum promovendi & expellendi, ſine tamen excedente calore & ſiccitate. Maximoperè enim cavendum eſt, ab omnibus diureticis exceſſivè calidis & ſiccis, quæ licèt calculum expellant, ad novam tamen materiæ generationẽ epar & renes diſponunt, obſtructiones generant & materiam crudam in viis mediis hærentem ad renes præcipitant malumq; reddunt deterius.

Interdum etiam neceſſitate urgente cucurbitulæ ſine ſcarificatione ſub loco calculi, ſecundum ductum ureterum una poſt alteram deorſum verſus applicantur, quæ calculum ad veſicã trahunt & propellunt.

Tantum de iis, quæ in paroxyſmo adhibenda ſunt. Extra paroxyſmum imprimis danda eſt opera ut nova calculi generatio prohibeatur, neve dolor recurrat. Quæ præſervatio imprimis conſiſtit in convenienti victûs regimine, ſine quo nihil effici poteſt.

Intemperantes enim, teſte Galeno, neq; venæſectione, neq; purgatione, neq; alio aliquo remedio magnopere juvantur. Conſiſtit autem conveniens victûs ratio in obſervatione rerum ſex non naturalium medicis dictarum, quæ ſunt:

1. Aër. 2. Cibus & potus.
3. Somnus & vigiliæ.
4. Motus & quies.
5. Excreta & retenta.
6. Animi pathemata.

Aër itaque ſit temperatus ad calidum potiùs declinans quàm frigidum, naturâ vel arte ita paratus. Vitand', ſi commodè fieri poteſt, pluvioſus & paluſtris. Cibi ſint facilis coctionis & digeſtionis parumque excrementi ſuppeditent; habeant vim refrigerandi & humectandi, ſimulque detergendi citra manifeſtum calorem, cùm Excellentiſſim' Dn. ſit calidæ & ſiccæ conſtitutionis, præſertim quoad hepar. Sicut enim calor moderatus omnes concoctiones juvat, ita immoderatus eaſdem corrumpit, & novam materiam calculo generando ſubminiſtrat, uti ſuprà dictum fuit. Conve-

niunt carnes pullorum gallinaceorum, columbarum, vitulorum, aliorumque animalium juniorum cum acetoſa, lactuca, cerefolio, aſperago, endivia, pimpinella petroſelino aut hordeo mundato elixæ. Aſſæ verò edantur cum ſucco limonum, acetoſæ, omphacio, aut Rob. de ſucco berberum ribium, ceraſorum nigrorum &c.

Vitentur omnes cibi craſſi ſucci, obſtruentes, inprimis caro bubula & ſuilla fumo exſiccata, aut muriâ condita; præſtat ferina junior, ut lepores, aviculæ montanæ, turdi &c. abſint paluſtres.

Ova recentia ſorbilia, minimè verò butyro frixa commendantur, ut & Piſces ſaxatiles, ſqvamoſi verò & in aquis lutulentis degentes rejiciuntur.

In hiſce tamen omnibus interdum aliquid concedendum eſt naturæ & conſvetudini juxta Hippoc. 1. aphor. 17. Cum paulo deterior cib⁹ & potus, ſvavior tamen, melioribus quidem, ſed inſvavioribus ſit præferendus, 2. aphor. 38. Quæ enim ventriculus vehementer appetit firmiùs etiam amplectitur & meliùs concoquit. Panis ſit benè coctus & fermentatus, furfurũ non planè expers, ut qui detergendi facultatem obtinent. Abſtinendum ab alio, cæpis, ſinapi omnibusq; acribus & piperatis, immoderatè calefacientibus. Potus ſit cereviſia defœcata, mediocris, alterata, veronica, betonica & foliis ſcolopendrii: Craſſam recentem aut ex aquis impuris & paluſtribus coctam & fæculentam fugiat. Vinum convenit album tenue, nimis forte, dilui poterit infuſo ligni nephritici & ſucco limonum à Dn. Legato Salvio commendato:

Craſſum, nigrum, auſterum & dulce vitet: Imprimis verò aurea hæc regula tenenda eſt:

Cibus & potus omnia moderata, non comedat ad ſatietatem & bibat ad certam menſuram, conſtitutioni corporis optimè quadrantem.

Exercitium ſit moderatum ante paſtum inſtitutum ut calor naturalis excitetur & ſuperflua diſſipentur excrementa.

Somnus ſit nocturnus potius, quã diurnus, Lateribus potius quam dorſo incubat: Supino enim decubitu renes valde incaleſcunt, qui veſperi inungendi erũt, hoc linimẽto:

℞. *Ungu. roſar. Meſue recenter facti non rancidi* ℥iii. *ol. amygdal. dulc.* ℥iß. *Sacchari Saturni* ℈i.

M. D. in fictili S.

Nieren Sälblein.

In æſtate vero regioni renum imponi poteſt folium viridi nymphææ albæ.

Quia verò etiam exactiſſime diæta obſervata nihilominus vitioſi ſucci generantur in corpore præſertim prava viſcerum diſpoſitione prædito

prædito & ad ætatem ſenilem declinante, ſtudendum, erit imprimis, ne illi cumulentur nevè ad renes præcipitentur, quod optimè fieri poterit convenienti corporis evacuatione, imprimis tempore verno & autumnali, ubi uti poterit ſemel atque iterum extracto ſuo hellebori nigri. Temperando etiam epatis & renum calori non inconveniens fuerit, moderatam ſangvinis misſionem inſtituere, in brachio dextro tempore verno, in ſiniſtro autem autumno, ad ℥v. vel ℥vj. Interea ſi facilè vomit, ſingulis menſibus bis tervè poſt cœnam copioſiorem horâ unâ vel alterâ elapſâ vomitus proritetur. Nihil enim æque ventriculum evacuat & à cruditatibus naturam liberat, atque vomitus. Sin minus ſit proclivis ad eundem, utatur ſingulis menſibus pilulis angelicis Francofurtenſium bis tervè ante cœnam cum ſucco violarum aut Syrupo de althæa compoſito Fernelii & ſtatim ſuperbibat juſculum, in quo ebullierit aut diſſolutum ſit aliquid acidi ♀ri v. gr. ʒj. vel ʒiß. Aut loco harum utatur Terebinthina ſuprà præſcripta in forma potabili; doſis augeri minuique poteſt pro ratione operationis. Sic enim vitioſi humores ſine magna agitatione è ventriculo, inteſtinis & vicinis locis evacuantur & collectio eorum præcavetur. Si etiam illorum nonnihil ad renes feratur, ne ibi ſubſiſtat & impingatur, confeſtim excutiatur uſu alicujus diuretici temperati v. gr. infuſi ligni nephritici manè & veſperi ante cibum cum Syrupo acetoſitatis citri & de althæa compoſito Fernel. additis aliquot guttulis ſpirit. ſalis communis.

Ad calculi præcautionem nullum efficacius aut præſentius remedium inveni, quàm continuum limonum & ſucci eorundem uſum in cereviſia ſecundaria, cui tantillũ vini Rhenani ſoleo affundere. Manè verò & ante cœnam veſperi, præſertim ubi ſiticula urget, ſæpè bibendum ex ſequenti Jolabio.

℞. *Decoct. hord. cum rad. ſcorzoner.* ℔ib. *Tinctur. roſar. c. aq. roſar. fact.* ℥v. *ſucci limon. recent.* ʒvi. *aq. cinam.* ʒiiß. *Syr. violar. purpur.* ℥j. *Spir. ſalis q. s. ad gratum ſaporem & acorem M. F. Jolabium.*

Hoc ego ſæpiſſimè præſcribo, ubi epar ac renes incaluiſſe ſentio nimio vini uſu aut corporis motu & exercitatione: Singulis verò menſibus ad minimum ſemel corpus evacuo pilulis angelicis prædictis.

Animi pathemata, iram imprimis cane pejus & angue fugiat & animum, quantum fieri poteſt, ad lætitiam componat.

Cæterum ad Calculi præſervationem & curationẽ nullum ferè efficacius eſt remediũ tempeſtivo Acidularum ſpadenſum uſu cùm non ſolũ

calidam renum & epatis intemperiem corrigant, ſed & craſſos tartareos & viſcidos humeros ex penitioribus corporis partibus ejiciant. Et hæc de curatione & præſervatione calculi proponere volui, Deum precatus, Excellentiſſimum Virum ab his aliorumq; morborum inſultib' deinceps immunem præſtet & nutanti Patriæ columen & Præſidium hoc diutiſſimè ſervet!

EPISTOLA XXXII.

De Arcano contra calculum.

DN. BALDASSARI TIMÆO, V.G.

Fratri unico.

D. CHRISTIANO TIMÆO, V. G.

Salutem & amorem.

QVàm gratum mihi præſtiteris officium noviſſimis literis tuis Frater unice, & his contento de propoſito caſu judicio, nō facilè dixerim. Gratus ſum & ad omnia tua juſſa viciſſim paratiſſimus. Cœterū mi Frater, da hoc adhuc inſuper mihi, & quatuor verbis in chartā cōjice quomodo & ex quibus præparetur arcanum tuum contra calculū. Memini enim te vires ejus prędicare, & nî fallor, uſum alligare ad Kalendas Maji. Qvod ſi qva ophthalmica Prævotii in officina veſtra, proſtat, quæſo ej' unciam unam transmittas, & ſic te, mi Frater, cum tuis divinæ protectione cōmendo. Treptoviæ die XXIX. April. Anni M.DC.LII.

DN. CHRISTIANO TIMÆO, von Güldenklee.

Fratri dilecto

BALDASSAR TIMÆUS von Güldenklee.

S. & A.

PRo reſolutione propoſiti nuper caſus, dilecte Frater, non eſt, quod agas gratias: Scis enim me tibi nunquā defuiſſe, nec porrò, quātum per occupationes, quib' ſubindè premor, licuerit, deero, quoad vitam Deus conceſſerit & mentem.

De aqua ophthalmicâ Prævotii mitto, quantum habeo: compoſitio ejus facilis eſt, modo malvaticum bonum in promptu ſit, quo ipſi jam deſtituimur.

Arcanum meum ad præſervationum à calculo renū hoc eſt; Kalend Maji ante exortum ☉lis collige Nenaſiræ viridis manipulos octo lecaſe viridis manipulos quatuor. Exprime ſuccum, adde vini rubri ad pondus omnium, miſce & filtra: Exhibe quotannis primo, ſecundo & tertio die Maji in aurorâ uncias ſeptē, purgato priùs corpore. Sed hoc tibi, mi Frater, τὰ ἱερὰ ἱεροῖς. Raptim Colbergæ d. XXX. Apr. An. M.DC.LII.

EPISTOLA XXXIII.

De mixtione cruentâ.

Viro

Viro Excellentiſſimo,

DN. D. JOHANNI KLUGIO, Sereniſſ. Principis Neo-Sedinenſis Archiatro.

BALDASSAR TIMÆUS, V. G.

S. P. D.

PAlladem noſtram togâ nunc ferè ſpoliatam ſago premi, & nos cum illâ ex libertate, quâ vigore privilegiorum à ſum̃is Imperatoribus Medicorum ordini conceſſorum, frui debebamus meritò, in miſerum ſervitutis jugum, ſine diſcrimine cogi, durum quidem eſt, ſed quia fatale, patienter ſuſtinere oportet, & ſpe gratæ aliquando viciſſitudinis hanc edulcorare amaritudinem.

Interim ſi amicorũ quoq; officiis aut conſiliis levius reddi poteſt onus, æqvum erit alterum alteri dextram porrigere. Equidem quæ pro tuâ ab oneribus militaribus immunitate facere videbantur omni ſtudio & fide apud Illuſtriſſimum Dn. Baronem de Fünffkirchen egi & feliciter peregi: Inveni nempe Alexandrum Pindaro, qui ædibus bonisq; tuis parcere nunc jubet.

Salva guardia, ut vocant, erunt tibi his annexæ literæ ad ſupremũ excubiarum Præfectum, Baronem de Herberſtain tui causâ ſcriptæ & maturiùs ſanè, hoc quicquid erat negotii, expeditum fuiſſet, niſi abſentia Illuſtriſſimi noſtri moram injeciſſet, ut ex tabellario pleniꝰ cognoſces, ſed moræ tædium nuncii bonitas, ut ſpero facilè diſcutiet.

Dominus Colonellus D. H. quod diu debuit, naturæ perſolvit opportunâ morte & magno ſuo bono. Penſantur magna ruinis & felices, ut canit Seneca, quos Cynthia vidit, videt miſeros abitura dies.

Quæ contra mictionẽ cruentam Dn. ConſuliDopicio nuper præſcripſimus, bene D E I gratiâ, ceſſerunt omnia; nihil tamen magis prodeſſe viſum eſt, quàm lac ovillum cum bolo Armeno. Faxit Deus ſtabile ſit redintegratæ valetudinis robur, cui te quoq;, Fautor Amiciſſime, commendo. Dabantur Colbergæ die XI. Septembris Anni M.DC. XXVIII.

VIRO

Nobili & Excellentiſsimo.

DN. BALDASSARI TIMÆO V. G.

JOHANNES KLUGIUS D.

S. P. D.

LIteras tuas, Excellentiſſime Vir, Amice omnium integerrime, unà cum his, quas Illuſtris Baro de Fünffkirchen mei causâ ad ſupremũ excubiarum Præfectum Dn. de Herberſtain deſtinaverat, rectè accepi, & proinde & Illuſtri Baroni & Tibi ingentes ago, gratias quòd tam clementer & amicè mihi rebusque meis conſulere volueritis: Per literas enim iſtas ſupremum excubiarum

rum præfectum abeundi mihi data eſt facultas & fortuna, ut animum alienatum ita ad me converterit, ut acceſſum ad ſe meum non ſolum admittat, ſed etiam deſiderare videatur. Hærere jam videbar inter malleum, quod dicitur, & incudem, non ſolummodo contributionum, ſed & hoſpitationis ac ſervitiorum oneri ſubjugandus. Oppoſui l. Medicos 6. Cod. de profeſſ. & medic. Guido Pap. deciſ. 80. & deciſion. 388. quibus Doctores ab omnibus oneribus perſonalibus & patrimonialibus immunes declarantur, quod ipſum & ex conſtitutione Imperatoris CONSTANTINI ſic ſcriptum legimus; Medicos, Grammaticos, & Profeſſores alios literarum & Doctore Legū una cum uxoribus & filiis, nec non & rebus, quas in civitatibus poſſident, ab omni functione, ab omnibus oneribus vel civilibus vel publicis immunes eſſe præcipimus, & neq; in provinciis hoſpites recipere, neque ullo fungi munere neque ad judicium deduci &c. Sed ſurdis videbar narrare fabulam. Silent inter enim arma leges. Aliud itaq; quærendum erat remedium, quod niſi impetraſſem actum de libertate mea fuiſſet. Impetraſſem autem nunquam niſi tua ſuffultus ope & benevolentia. Agnoſco hanc grato animo & officia mea quocunque loco & tempore viciſſim conteſtanda defero.

Cœterum quæ de lacte ovino, probato adverſus mixtionem cruētam remedio ſcribis, cum Avicenna conveniunt, qui id ipſum valdè commendat ſingulare remedium vocat, quod non habeat ſibi ſimile. Ego trochiſcos de Karabe cum bolo Armeno & aqua Plantaginis felici ſucceſſu multis exhibui. DEUS porrò medicationi noſtræ adſpiret & te, mi Amice, diutiſſime ſervet! Scribo Stolpæ die XXI. Septembris Anni M.DC. XXVIII.

EPISTOLA XXXIV.

De mixtione involuntaria.

Nobiliſſimo & Excellentiſſimo.

DN. BALDASSARI TIMÆO von Güldenklee.

JOHANNES MARCUS M. D.

S. *P. D.*

PRo conſilio vicinæ meæ nuper communicato, Vir Excellentiſſime, magnas ago gratias & initium jā feciſſē præſcriptæ medicationis, niſi aliud interea ſuperveniſſet ſymptoma, mictio nimirum involuntaria, magis ferè quàm ipſe uteri deſcenſ' moleſta, dum ad quemvis motum corporis aut leviſſimam ſaltem pedum divaricationem lotium effluit, acredine & mordacitate ſua pudenda erodens doloresque ferè intolerabiles excitans. Remedium ſollicitus dum inquiro en incidi

incidi in obſervat. XCII. Libri primi Obſervationum Foreſti, ubi poſt alia hæc habet; Ruſtica mulier Niropæa poſt puerperium malè priùs ab obſtetrice tractata, lotium retinere non potuit. Primò pilulas aſſumpſit:

℞. *Maſſ. pil. hier. ſimpl. maſtich. ana* ʒß.
M. c. ſyrupo de ſtæchad.
F. Pilul. No. VII.
Dentur in diluculo.

Erat pituitoſa frigidæ & humidæ complexionis, ita ut ex fluxione materiæ pituitoſæ malum etiam incrementum cœpiſſet. Alvo à pilulis ſolutâ hoc clareto utebatur:

℞. *Cyperi* ℥ii. *gran. myrti, rad. coſolid. exſiccat. Nuc. cupreſſ. balauſtior. ſumach. ana* ℈i.
Xyloaloes calam. arom. ana ℈ij. *bulliant in* ℔ij. *vini rubri ſliptici. Clarificentur & dulcorentur cum unciis duabus Sacchari albiſſimi, deinde aromatizentur cum cinamomi ſelectiſſimi* ʒiii. *Spec. diarrhod. Abbat. & aromatici roſat. ſine moſcho ana* ℈i. *F. ut artis eſt, Claretum.*

mox & ſequenti uſa eſt:

℞. *Cyperi electi* ℈ij. *Gran. myrti, Sumach. balauſt. nuc. cupreſſ. Cortic. granat. ana* ℈ß. *Xyloaloes cal. arom. ana* ℈ij. *Coqu. in vini rubri* ℔ij.
& aq. equiſet. ℥ij.
ad remanent. ℔iß.
qua chalybs ignitus ter vel quater extinguatur, deinde coletur & aromatizetur cum ʒiiß.
Cinam. elect. Specier. diarrhod. Abbat. & aromat. roſat. ana ℈i.

M. F. Claretum addendo Saccharum ad gratum ſaporem.

Quibus remediis commodè adjuta eſt:

Hæc Foreſtus; de quibus, ut judicium tuum mihi aperias, obnixè rogo. Si quæ alia moleſtiſſimi hujus affectûs remedia vel experientia vel practicorum, quibus Te inſtructiſſimum novi, docuerunt libri, quæſo communices. Gratificabor viciſſim, quacunque parte ſe mihi dederit occaſio. Vale. Scribo Coslini die XX. Novembris Anno M. DC. XLII.

VIRO
Excellenti & Doctiſſimo
DN. JOHANNI MARCO
Medicinæ Doctori.
BALDASSAR TIMÆUS, V. G.

S. P. D.

Seriùs tuis, Amice dilecte, quod reſpondeam, ob moram quæ me præter ſpem & intentionem in Hortulino meo detinuit, factum eſt. Acceſſerunt & alia domum reduci, am publico quàm privato nomine expedienda.

Tu ignoſces, & culpam iis, qui

importuniùs me urgent, adſcribes. Cœterùm involuntariæ mictionis, quæ ex Foreſto deſcripſiſti, remedia, non videntur in præſenti caſu inconvenientia, cùm & uteri prolapſum inhibeant & eadem ferè ſint, quæ nuper præſcripſiſti. Vereor tamen ne ex adſtringentium continuo uſu alvus conſtipetur. Commodè autem præmittes pilulas ad evacuandam pituitam, quâ quidem vicina tua videtur abundare plurimum; Et ſi ex uſu decocti vel clareti alvus fuerit ſegnior, ſuppoſitorio vel enemate eam ſollicitabis. Malum enim hoc citra adſtringentia vix curabitur, quibus & conſolidantia quædam utiliter, ut ſpero admiſceri poterunt, cùm affectus iſte à ſolutâ continuitate veſicæ procul dubio procedat. Sphincter enim veſicæ qui urinarum effluxum cohibet, in partu difficili quodam modo læſus & collum veſicæ dilaceratum eſſe videtur.

Ad pudendi excoriationem proderit mucilago ſeminis cytoniorum & pſylli cum aquâ plantaginis & equiſeti extractâ. Illinantur loci muliebres ſingulis diebus ter vel quater aut ampliùs parato ad hanc rem penicillo ex goſſipio vel filamentis, ut noſti. Si non profecerit paretur tale linimentum.

℞. *Thuris. maſtich. tragacant. Sarcocoll.*
Ceruſſ. lithargyr.
Boli Armen. ana ℈ii.
Sacchar. ℥i ℈ ß.
Tutiæ præparat. ℈i.

Subtiliſſimè pulveriſata cum oleo roſarum in mortario plumbeo redigantur in formam linimenti.

Practicorum libri, quos penes me habeo, nihil de affectu hoc continent, peculiare. Gutturis gallinacei uſum omnes commendant, quid verò præſtet, experientiâ puto tibi jam conſtare. Videmur in gravioribus quibusdam affectibus efficaci deſtitui medicinâ, & naturam interdum plus arte valere; quæ & heic vires ſuas in juvenili corpore ſine dubio exſeret; juvante Deo, cui Te, tuamq; ardentibus votis commendo. Colb. d. XXV. Nov. Anno M.DC.XLII.

EPISTOLA XXXV.

De dolore penis, mictione frequenti & pollutione nocturnâ.

Ad Nobiliſſimum

DN. CHRISTOPHORUM SCHLEIFEN, &c.

MEdici rationales artis ſuæ operam fideliter ægris exhibituri ante omnia de accuratâ morbi cognitione & cauſſarum ejus ſolliciti ſunt: Ea verò cognitio potiſſimùm ex ſymptomatib9, eorumq; naturâ haurienda eſt. Itaq; ſententiã meam de affectionib9, quibuscum conflictaris expoſiturꝰ ſymptomatũ ſeriem in primo quaſi limine conſtituã.

Pri-

Primum autem & quaſi maximè urgens ſymptoma eſſe videtur dolor acris & mordax in penis ductu ſ. meatu urinario intrinſecus & per intervalla affligens. Duravit ultra annum; quamvis enim aliquoties receſſerit, ſubinde tamē recruduit. Hunc dolorem interdum comitantur Sudores, qui prævio leni & ſubito calore erumpunt: Accedit inſuper pollutio nocturna ſive ſeminis effluvium, quod dormienti abſq; ullo voluptatis ſenſu evenit.

Hæc eſt ſymptomatum idea, quæ ad ſuos morbos & cauſas reducenda eſt. Dolor ſymptoma eſt in depravatâ actione tactꝰ; Depravatur autem tactus potiſſimùm ex ſolutione unitatis; Unitas ſolvitur à cauſis plurimis, quæ tamen commodè in quatuor claſſes rediguntur à Galeno in arte parvâ cap. 80.

Omnia enim quæ continuitatem partis alicujus ſolvunt, vel ſecando vel erodendo vel contundendo vel diſtendendo & rumpendo id præſtant. Hujus doloris cauſſam eſſe exiſtimo eroſionem quandam partium in ductu penis.

Eroduntur partes à variis cauſis. In hoc quidem caſu eroſio fit ab humore acri, & ut preſſius dicam, ab ichore quodam ſalſo & acri, id quod urinæ & dejectionum alvi cruditas, dolor item acris & quaſi mordens, tum intempeſtiva & frequens mictio haud obſcurè ſignificat, quæ omnia ſalſis & acribus humoribus ſummâ cum ratione & judicio à Medicis adſcribuntur.

Ex his doloris illius cauſſa luculenter apparet, quæ non aliunde, quā à ſalſo & acri humore depēdet.

Indagandæ nunc erunt cauſſæ talem humorem generantes & transmittentes. Conſiderabimus autem illas tum ratione præteriti tum præſentis temporis.

Reſpectu præteriti poſſunt illæ in externas & internas diſtingui.

Externæ conſiſtunt in variis erroribus circa ſex res, quas Medici non naturales vocant, commiſſis, quales potiſſimùm ſunt errores in vivendi genere circa cibum & potum, in quibus ſe deliquiſſe fatetur ipſe Dn. patiens: Sæpe enim aſſumſit cibos crudos, viſcidos, ſalſos, in muriâ maceratos, fumo duratos &c. Internæ tum ratione præteriti temporis, tum præſentis eædem ſunt, ac videntur partim in ventriculo, partim in hepate conſiſtere. Ventriculus imbecillis & frigidus aſſumptos cibos imperfectè concoquit & in chylum illaudabilem crudum & viſcidum convertit. Hoc primæ coctionis vitium in ventriculo commiſſum in hepate ſecundâ coctione corrigi neutiquā poteſt. Hepar enim quodam̄odo calidius, aduſtum, ſalſum & acrem producit ſanguinem, cujus pars melior in nutritionem abit, ſequior

à natura, quæ ſe tali onere aggravatam ſentit, partim ad ſuperficiem corporis propellitur, & ope facultatis expultricis per ſudorem excutitur, partim à renibus attrahitur & in veſicam deſtillat, ibidemque acrimoniâ ſua facultatem expultricem irritando ad mictionem frequentiorem urget; in anguſtias verò cervicis veſicæ & ductus penem pervadentis perveniens illas ſedes vellicando, & quaſi mordendo dolorem parit, qui in glande, ubi ductus ille finitur, ſenſusq; eſt exquiſitiſſimus, præcipuè ſentitur. Cùm verò iſthæc humorum acrimonia ſemini quoq; communicetur, non mirum eſt, pollutiones, & quidem nocturnas, quo tempore magis incaleſcit, indè excitari. Cognitis cauſis deliberatio inſtituenda, de ipsâ curatione, quâ quid conſequi liceat, & quomodo rectè ſit adornanda ex indicationibus tanquam agendorum magiſtris perſpicuum fiet.

Sumuntur autem indicationes à ſymptomate, à morbo & à cauſis. A Symptomate, quatenꝰ id rationem cauſæ induit, oritur indicatio leniendi dolorem. A morbo unire ſoluta; A cauſſis humores pituitoſos, ſalſos & acres attemperáre, evacuare & ne ampliùs generentur prohibere, inſtituendoq; bonam victûs rationem & corrigendo partes à quibus acres humores producũtur.

Primus ſcopus doloris mitigationem concernit. Perficitur illa Anodynis vel per ſiphonem in ductum urinarium injectis vel foris in forma linimenti, fomenti, cataplaſmatis aut ſimili admotis. Injectiones fieri poſſunt ex lacte muliebri, caprino, emulſionibus ſeminum quatuor frigidorum major. excorticator. decocto malvæ, althææ, hordei, papaveris & ſimilibus, in quibus ſi dolor nimis urgeat, granum unum atq; alterum opii diſſolvi poteſt. Oleum amygdalarum dulcium, ſi eo turunda ex goſſypio inebrietur, & in foramen virgæ immittatur, dolori demulcendo ſalutare eſt remedium. Inter topica exteriùs adhibita excellit medulla cervi blando calore liquefacta & peni illita; nec contemnendæ eſt virtutis cataplaſma ex medullâ panis, lacte, croco & oleo violarum conflatum. Omnibus autem facilè præferendum eſt balneum ſive inſeſſus in aquâ calidâ, quæ cum foliis ſalicis, malvæ violariæ & floribus chamomillæ ebullierit. Sunt hujus generis multa auxilia ut fomentationes, virgæ in lac & oleum tepidum immerſiones & alia; Sed dolori huic compeſcendo facilè ea, quæ jam propoſuimus ſufficient.

Secundus ſcopus iisdem ferè remediis, quibus primus obtinebitur, injectionibus potiſſimùm ex lacte muliebri vel ovillo, additis trochis-

cis Gordonii, bolo Armeno & ſimilibus. Ex internis prodeſt Syrupus de Symphyto, de althæâ portulacâ &c.

Tertius partim materiam generatam ſpectat, partim generandam. Generata ex corpore eliminanda eſt. Fieri hoc commodè poterit, ſi ad evacuandas primas vias injiciatur clyſter talis formæ.

℞. *Herb. malv. c. toto* Mii.
marrub. althææ
parietar. ana Mi.
Flor. chamomill.
melilot. ana Miß.
Sambuc. Mi.
Rad. liquirit. alth. ana ʒvi.
Prunor. dulc. enucleat.
Paſſular. minor ana ℥iij.
Sem. anis. fœnic. ana ʒi.
Coq. in s. q. aq. ſimpl.
℞. *Colat.* ℔. *j. diſſolv. in b.*
Electuar. lenitiv. ʒvi.
Specier. eleſcoſ. ʒi.
Sal nitri ℈ij.
Ungv. noſtri clyſmat. ℥iij.

M.F. Enema.
Si diſplicet Clyſter, ſumatur bolus.

℞. *Caſſ. recent. extr.* ℥ß.
Electuar. noſtri terebinthinat. laxativ. ʒiß.
Pulver. liquir. ℈ß. *M.*
F. bolus aſperg. Saccharo Evacuatis primis viis inſtituatur humorum præparatio & mitigatio.

℞. *Fol. Endiviæ, portulac. fragariæ ana* Mi.
Rad. gramin. cichor. ana ʒvi.
althæ. liquirit. ana ʒi.
Flor. bugloſſ. violar. Malvæ roſar. ana p. 1.
Prunor. dulcium.
Paſſul. minor. ana ℥ij.
Jujub. Sebeſt. ana ℥i.
Sem. 4. frigid. major. excortic. ana ʒiß.
Sem. aniſi, fœnicul. ana ʒi.
Conqv. coq. ex aq. ſimpl. ℔iii. *dum duæ* ſuperſint, deinde cum Sacchari albiſſ. ℔ß. percoquantur in ſyrupum tenuem. Poteſt iſte ſyrupus ſumi per ſe ad uncias duas vel tres, aut dilui cum aq. violar. malvæ vel aliâ conveniente. Eradicativa evacuatio propter metum excalefactionis fortiori pharmaco haud attentanda, ſed potiùs per plures evacuationes minorativas expediendae eſt. Pro hoc fine obtinendo faciet ſequens electuarium.

℞. *Pulpæ paſſul. minor. prunor. dulcium c. aq. endiv. extr. ana* ℥i.
Caſſ. recent. extr. ℥iij.
Mann. calabr. puriſſ. ſuper igne absq; additione liquoris diſſol. ℥ii.
Mucilag. Sem. pſyll. cum aq. endiv. extr. ℥ß.
Pulver. liquirit. ʒiß.
Sem. aniſi fænic. ana ℈i.

Syr. violar. ſolut. ℥ii.

M. F. ſ. a. electuarium.

Hoc electuarium non tantùm laxat, ſed valde etiam lenit. Sumitur ejus uncia una, addita interdum, quando operationem ejus intendere volumus, drachma dimidia ſol. Sen. aut electuar. terebinthinat. laxativi.

Materia generanda partim vi io viſcerum, ventriculi nimirum ac hepatis, partim ob errores externos producitur. Ventriculus quidem uſu balſami aloëtici & mellis roſati colati temperiei ſuæ reſtituetur. Hæc enim duo præſidia non tantū ventriculum blando ſuo calore fovent & roborant, ſed etiam materiam crudam in eo contentam concoquunt, incidunt, detergent & per alvum à renibus diverſam leniter expellunt. Epatis verò caliditatem quod attinet, ea corrigi & contemperari poterit uſu rad. cichor. vel lactucâ Hiſpan. conditâ aut electuario ex conſer. violar. roſar. Endiv. ſpeciebus diarrhod. Abbat. Diatrion ſantal. &c. nec leve auxilium præſtat ceratum ſantalinum exteriùs regioni hepatis applicatum.

Ultimo loco occurrunt errores externi. Hi autem conſtant ex ſex rebus, quas non naturales vocant mus Medici.

Quantum igitur ad aërem attinet, ſic ille temperatus, potius ad frigiditatem, quàm caliditatem inclinans, caveat à vehementi æſtu, & ab omnibus iis, quæcunque humores corporis poſſunt accendere bilemque concitare. Inter quæ & nimius motus corporis atque animi exiſtit. Quo nomine & à cibis atque condimentis admodum calefacientibus, acribus & ſalſis, diureticis, crudis item & difficilis coctionis abſtineat, & præſertim à vino, vel illud decocto liquiritiæ, vel Julebo roſar. valde dilutum & parcè bibat. Utatur quandoq; cibis, qui ſimul humorum acrimoniam contemperant, & veluti glutine vias urinæ obducendo, ut minus affici queant, efficiant; veluti glutinoſis ab extremitatibus animalium, aliisque deſumptis, ovis ſorbilibus, ptiſana ſive cremore hordei, lacticiniis, pultaceis, amygdalis, pineis. Imprimis ad humores acres leniendos conveniunt pruna, poma dulcia, paſſulæ, jujubæ, ſebeſten: Item pinguia, ut butyrum, oleum præſertim amygdalinum recens, non rancidum. Panis non ſit craſſus ſed bene coctus, nec plus cœnandum vel prandendum, quàm natura facilè perferre & concoquere poſſit. Menſæ ſecundæ tanquā cruditatis materia vitandæ ſunt. Somnus ſit moderatus, nocturnus non diurnus. Alvus quoque fluat ſi non naturâ, artis operâ clyſtere aut electuario noſtro laxativo. In cæteris facilè noverit tenere modum. Ut verò DEUS ex alto medicationi noſtræ benedicat & Nobilis-

bi liſſimum Virum bonæ valetudini reſtitutum, ad ſvavioris vitæ fruentiam diutiſſimè ſuſtentet, devotè precor. Dab. Colbergæ d. V. Septemb. Anno M. DC XXXII.

EPISTOLA XXXVI.

In tumore duro teſticuli ſiniſtri.

HOchEdelgebohrner / Geſtrenger und Mannveſter / Inſonders Hochgeehrter Herr Rittmeiſter / demſelben zu dienen bin ich ſtets bereit / und habe nicht ſonder Compaſſion vernommen / was derſelbe wegen ſeiner Leibes-Ungelegenheit an mich gelangen laſſen / befinde nach fleißiger Erwegung aller Umbſtände / daß die harte Geſchwulſt / an dem einen teſticulo eigentlich von einer dicken kalten und ſchleimigen Feuchtigkeit / welche ſich dahin gezogen / entſtanden / die Winde und Blähungen damit der Herr Rittmeiſter ſonſten zum öfftern moleſtiret wird / können zwar auch eine Geſchwulſt in den teſticulis erregen / aber dann iſt ein ziemlicher Schmertz dabey und das Scrotum iſt wie eine Blaſen / welche voll Wind iſt.

Die Curation, welche zwar ſchwer und langwierig / kan folgender Geſtalt angeſtellet werden.

1. Erſtlich wolle der Herr Rittmeiſter auff nechſt bevorſtehenden Sonnabend / geliebt es GOtt / das laxirende Träncklein des Morgends nüchtern auff einmahl austrincken / ſich des Schlaffs biß nach Mittag enthalten / nicht an die kalte Lufft gehen / und keine harte / ſaure oder fette Speiſen genieſſen.

2. Die folgende Tage wolle der Herr Rittmeiſter / alle Morgen von dem verordneten decoct ſieben oder acht Löffel voll in ein Becherlein gieſſen laſſen / ſetzen das Becherlein in heiß Waſſer / daß es warm werde / trincken es hernach aus / und faſten darauff biß zu der gewönlichen Mittags-Mahlzeit.

3. Dieſes ſoll alſo 5. Tage nach einander / als des Sontags / Montags / Dienſtags / Mittwochs und Donnerſtages continuiret werden.

4. Des Freytages ſoll nichts von inwendigen medicamenten gebraucht werden: des Sonnabends ſoll das purgierende Pülverlein in ein wenig warm Bier gebrauchet werden / die folgenden Tage aber ſoll wiederumb das decoct, wie vorhin / des Morgens fein warm eingenommen und drey oder vier Stunden darauff gefaſtet werden / dieſes ſoll man alle Tage continuiren / biß das decoct verbrauchet iſt.

5. Wann ſolches geſchehen / kan der H. Rittmeiſter folgends die verordneten extract Pillen des morgends nüchtern in ein wenig warmen Bier einnehmen / 4. St. darauff faſten / ſich des Schlaffs biß nach Mittag enthalten / nicht an die kalte Luſt gehen und der Wirckung gebührend abwarte

6. Euſ-

6. Euſſerlich ſoll man folgends gebrauchen / nehmet ein oder zwey Stücke von einem alten Mühlen-Stein / laſſet ſie in Feuer heiß werden / leget ſie in einen Keſſel in einen Nachtſtuel / beſprenget die Steine mit gutem ſcharffen Biereßig / ſetzet euch auf den Stuel und laſſet die warmen Dämpffe an den Leib / ſonderlich an die teſticulos gehen / und continuiret ſolches etwa eine Viertel Stunde lang. Wenn die Steine kalt werden / muß man bald andere an der Hand haben und in den Keſſel legen. Dieſes ſoll alle Morgen und Abend geſchehen; Des Morgens ſoll man nach dieſer fomentation oder Böhung den harten teſticulum mit dem verordneten Sälblein fein warm ſchmiren / und mit der Hand wol einreiben / des Abends ſoll man das verordnete Pflaſter auff ein Tüchlein geſtrichen / aufflegen und binden / daß es nicht abfallen könne / des Morgens wieder abnehmen. Würde nun die harte Geſchwulſt des teſticuli etwas weicher und kleiner werden / iſt zur Beſſerung gute Hoffnung / wo aber nicht / würde nötig ſeyn daß der Herr Rittmeiſter etwa auff eine Zeitlang ſich in die Stadt herein begeben und einer vollkommener curation abwarten möchte / und könte alsdenn ſolches vorher advertiret werden / damit man ein bequemes Logement beſtellete.

Diene meinem Hochgeehrten Herrn Rittmeiſter ferner beſtem Vermögens / und thue hiemit denſelben Göttlicher Bewahrung treuligſt empfehlen verbleibend /

Meines Hochgeehrten Herrn
Dienſtwilligſter
B. Timæus von Güldenklee.

Deſcriptio Medicamentorum.

℞. *Decoct. noſtr. laxativ.* ℥iiß.
Cremor. ♀*ri* ʒi.
M. S. Laxirendes Träncklein.

℞. *Fol. hyſſop.*
beton.
agrimon.
roriſmar. an. 1 *Mß.*
Rad. pimpinell.
Enulæ
fænicul.
petroſelin. an 1 ℥ß.
angelic. ʒiii.
Sem. anis.
fænicul.
carui ana ʒij.

Incis. & conquaſſatis affund.
Hydromell. Finnici ℔iii.
Coquantur in diplomate
colatur. add.
Oxymil. ſimpl. ℥vi.
M. D. in fictili
S. Decoct.

℞. *Specier. diaturbith. c. Rhabarbaro* ℈iß.

Ma-

Magiſter. Agarici. ℈ß.
ol. fœnicul. gt. ii.
M. F. pulvis.
S. Purgierendes Pülverlein.

℞. *Extract. noſtr. ſolutiv* ℈i.
agarici ℈ß.
Reſin. Jalap. gr. v.
Ol. fœnicul. gt. ij.
M. cum aq. cinnam. F.
pilulæ No. XIII.
Deaurentur ſimiliter
S. Extract Pillen.

℞. *Medullæ panis ſiliginei in aq. ferventiſſ. per horam macerat. & expreſſ.* libr. ß.
Farin. fabar. ℥ß.
Pulv. Sem. lini.
flor. chamæm. ana ℥i.
Sem. cumin. ʒvi.
Acet. Squillit. ℥ii.
Ol. chamæm. q. s. M. F.
Cataplaſma.

℞. *Ung. dialth.* ℥iii.
Balſ. ♀is terebinth. ʒvi.
M. F. Ungventum
S. Sälblein.

His DEI gratiâ feliciter reſtitutus eſt æger.

EPISTOLA XXXIII.

De Herniâ.

VIRO
Nobili & Conſultiſſ.
DN. WOTTISLAO SCHULTEN,
Camerario Colbergenſi &c.

BALDASS. TIMÆUS V. G.
S. P. D.

LEgi tandem & relegi, Te urgente, a Wittrichio contra heroïas compilata remedia, & candidè hoc Tibi dico, quantum interna attinet, quibus uniri rupturam poſſe putat, à Senibus fruſtrà uſurpari, cum peritoneum vel potiùs proceſſus ex peritonæo etiam in juvenili corpore non niſi difficulter & raro quidem perfectè conſolidetur. Emplaſtrum verò Cauponis Moguntini, quod tantopere commendat, nihil rari continet. Ego prætulerim illud, quod ex Arnoldo de villâ novâ libr. 2. breviarii cap. 44. in officinâ noſtrâ paratur, & ſub titulo Emplaſtri de pelle arietinâ divenditur. Maximi autem momenti ſunt faſciæ ſive ſubligacula optimum herniæ in ſenibus remedium. Quanquam enim rupturæ unionē ſperare non liceat, tamen inteſtina ſuis in receptaculis coërcendo, ad neceſſarias actiones ſine damno & periculo exercendas plurimum faciunt. Incommoda, quæ ex iis te ſentire ſcribis vitari poterunt, ſi ſæpius mutentur faſciæ, vel mercurio crudo imbuantur. Hic enim omne arcet pediculorum agmen, nec cutem ullo modo lædent, ſi molliori linteo goſſypio nonnihil ſuffulto tegantur. Sed plura de his coràm nunc alio me vocant urgentiores morbi. Vale.

EPISTOLA XXXVII.

De Dyſenteriâ.

Clariſſ. & Doctiſſimo

DN. ERASMO GABEIO

Juris utriusq; Candidato.

BALDASSAR TIMÆUS V. G.

S. P. D.

MOrbum qui nunc populariter graſſatur, dyſenteriam eſſe, non eſt, quod dubites. Falleris enim in eo quod putas dyſenteriam indicari ab excrementis merè cruentis: ſunt enim plerumque talia, qualia tu quidem in literis tuis deſcribis, purulenta & cum cruore mixta, & hoc ipſo ab aliis fluxibus alvinis hepatico nimirū & hæmorrhoïdali diſtinguitur, quòd in his non niſi purus putusque ſanguis (quamvis plerumq; ſubaqueus aut niger) in dyſenteriâ autem cum bile aut pituitâ mixtus excernitur.

Rectè autem conjicis eſſe apoſtema aut ulcus in inteſtinis: Etenim dyſenteria nihil aliud eſt, quàm exulceratio ſive ulcus inteſtinorum, ortum à materiâ acri & abradente, cum dejectione purulentâ, cruenta & tandem ramentoſâ, non ſine dolore acerbo mordaci ac torminibus ventris. Clyſteres, de quibus quæris in omni dyſenteriâ valde ſunt utiles, præſertim, quando ſedes morbi eſt in inteſtinis craſſioribus, id quod ex dolore, qui tunc eſt infra umbilicum, cognoſcere licet. Poteris itaq; illis magno cum ægri comodo, uti tam in pueris quàm adultis: Leniunt enim dolorem aciemque humorum obtundunt & vehementiam fluxus blandè compeſcunt.

Diſcipulo tuo transmitto aquam cordialem & pulverem ſtomachicum, illum pro virium inſtauratione, hunc ad excitandam ventriculi orexin.

Eryſipelas quo Nobiliſſimus Dominus Evvald â Blucher laboravit, fuit Oedematoſum: Illud enim propter humoris craſſitiem & cruditatem plerumq; poſt ſe tumorem relinquit. Curabitur convenienti purgatione & fomentis, ſi nimirum transmiſſæ herbæ coquautur ex aceto & vapor ex his quavis veſperi & aurorâ recipiatur calide, deinde imponatur emplaſtrum transmiſſum. pilulas cephalicas proximè mittam, nunc non ſunt ad manus. Interea Vale. Dab. Colbergæ d. XI. Auguſti Anni M. DC. XXIX.

Aqua cordialis.

℞. *Aq. fragor. rubi Idæi*
borrag. ana ℥ij
Cinam. c. floribus
borrag. ab aq. vino deſtillat.
℥iß.
Carbunculi ℥i.
Aq. Cordial. frigid. ℥iß.

Spir.

Spir. roſar. ℈i.
rubi Idæi
fragar. ana ℈ß.
Rotul. man. Chriſti ℥i.
M. D. in vitro. S.
Pulvis ſtomachalis.
℞. *Pulv. ſtomach. Birckmanni* ʒii.
Magiſter. ♀i
Corallior. ana ℈i.
Margarit. pr. ℈ß.
Rotul. man. Chriſti ad pondus omni-um. M. F. pulv.

Species pro fomentatione
℞. *Herb. arthemiſ.*
*potentill. ana M*ii.
*Cymar. abſinth. M*i.
*Flor. Sambuc. M*ß.
*chamomill. M*ij.
Baccar. Juniper. ℥ij.
Incid. groſſo modo
D. ad chartam S.
℞. *Emplaſt. diaphœr. Mynſicht.* ℥ij.
Diachyl. ſimpl ℥ß.
M. F. Magdaleon.

EPISTOLA XXXVIII.

De procidentiâ Uteri & peſte.

Magnifico & Nobiliſſimo
Viro
DN. MARTINO RUBACO
Sereniſſ. Reginæ Poloniæ
Conſiliario Intimo.
BALDASS. TIMÆUS V.G.
S. P. D.

Literæ tuæ, Magnifice & Nobiliſſime Vir, Mecœnas ſuſpiciende, cùm ad auditionem verbi divini properarem in ipſo templi veſtibulo mihi redditæ ſunt, fatſum bono omine, ut, quoniam curam medicam dilectiſſimæ filiæ concernunt à DEO fiat exordium, quod ipſum olim monuit Hippocrates, quando librum ſuum de naturâ muliebri his verbis exorditur: Oportet eum qui morbos mulierum, rectè tractare velit primùm quidem ex DIIS ordiri, deinde mulierum naturas diſcernere, itemque ætates & tempora & locos, in quibuscunque degunt.

Miror autem quod de uteri prolapſu, quem ex abortu paſſa eſt, mecum, dum præſens eſſem, non communicaverit: videtur hoc ejus verecundiæ adſcribendum.

Affectus per ſe magis moleſtus eſt quam periculoſus, ſi initio ſtatim, quod factum intelligo, uterus reponatur: Facile enim in juvenili ætate contrahitur & remanet. Interdum tamen pernicioſus, imo lethalis fit, ſi putredo, dolor, febris, convulſio aliaque ſymptomata gravia accedant.

Decoctum muſci querni, quo ex conſilio obſtetricis filia utitur, non eſt inconveniens, quia ejus uterum ejusque ligamenta conſtringit & roborat, modo caveatur ne menſes inde ſupprimantur, aliaque gravia mala excitentur.

Tutius fluxu menſtruo jam præterito uſurpatur, minimè vero inſtante aut jam prorumpente. Com-

 mo

modè circa id tempus elixir Paracelſi ex liquore aliquo conveniente exhibetur: Menſes enim promovet, uterum blando calore fovet & humiditates nimias, quibus ligamenta laxantur, abſumit. Ne autem repoſitus uterus iterum deſcendat aut procidat, peſſarium, quod mitto, immittendum & ſubligaculum ad eum fere modum, quo faſciæ pro herniâ parari ſolent applicandum. Umbilico cucurbitula magna cum multâ flamma ſed ſine ſcarificatione, affigenda; dorſo autem & lumbis emplaſtrum contra rupturam imponendum. Suffitus ex pelle anguillæ ſale conditæ, quem hactenus adhibuit obſtetrix, valdè quidem à nonnullis commendatur, ſed non video cur alia fœtida idem nō præſtent, niſi occulta quædam ſubſit qualitas. Continuari tamen poteſt, modò naribus ſubinde ſuaveolentia ex ambrâ & moſcho admoveantur.

Interea non multum ſe moveat ægra, ſed in lecto coxis elevatis & poplitibus reflexis ac capite pauliſper demiſſo quieſcat, non clamet non rideat nec ſternutet, quantum poſſibile, nec tuſſiat, affectus animi vehementiores; iram imprimis frenet. Alvus ſit lubrica, (ſi non ſponte, artis operâ. In victu vitet pingvia, piſces molles,) legumina, lacticinia & fructûs horarios. Cibi ſint glutinātes cum modicâ adſtrictione, quales ſunt Oryza, amylō pyra, cydonia &c. Vinum bibat rubrum craſſum & ſubadſtringens vel cereviſiam Loblinſcenſem ex fictili terræ ſigillatæ ſtrigenſis.

Cœterùm quod peſtis hinc inde in Poloniâ gliſcentis contagium attinet, conſilii loco tractatum meum de præſervatione & curatione peſtis Dantiſci nuper impreſſum mitto, in quo alexiteria probatiſſima, juxta utendi modum continentur. ConfectionemOrvietanam facili negotio præparabit pharmacopœus. Compoſitionis modum & deſcriptionem veram & genuinam Celſiſſimo principi Saxoniæ Franciſco Carolo ab ipſo Orvietano in Italiâ olim communicatam in Scrinio, cui peſſarium incluſum, reperiet.

Zenexton Paracelſi ut & amuletum Crollii famam ex omni parte non ſuſtinent. Major in alexipharmacis intro ſumptis eſt virtus; Maxima in DEI præpotentis cuſtodiâ, cui M. T. devote commendo. Colbergæ d. XV. Auguſti Anno M.DC. XXXI.

EPISTOLA XXXIX.

De eodem effectu.

VIRO

Nobiliſſ. & Excellentiſſ.

DN. BALDASSARI TIMÆO

von Güldenklee.

JO-

JOHANNES MARCUS M.D.

S. P. D.

NIſi certus eſſem tui in me amoris & hinc promanantis officiorum promptitudinis, Excellentiſſime Vir, literis hiſce meis occupatiſſimum Te haud interpellarem. Urget me prætereà fœminæ cujusdam mihi ſangvine junctæ calamitas. Hæc tertio poſt partum laborioſiſſimum die procidentia uteri laborare cœpit, ita quidem ut extra vulvam nihil propendeat, ſed ad oſtium ſolummodo alarum conſpiciatur corpuſculum glandi virili non abſimile, rimâ, per transverſum inſigne, cui ſi digitus immittatur, retrocedit.

Nova ſunt iſta mihi experienti, etſi antiqua, lectiones authorum memoriâ repetenti. Nihil autem aliud conjicere poſſum, quàm uteri levem prolapſum.

Cæterum etſi repoſitus per noctem maneat, quoties tamen exſurgere cogitur, relabitur, etſi non ultra dictum terminum. Quæſo itaque, mi Amice, averruncandis hiſce miſeriis collaborare & quæ longior Te docuit experientia mecum fideliter & candidâ, ut in aliis hactenus factum, communicare ne detrectes, id quod omni officiorum genere viciſſim demereri nunquam non annitar, Deum precatus ut Te tuosq; diutiſſime ſalvos & incolumes præſtet, vel noſtro etiam bono. Vale Fautor obſervantiſſime, & conſilium tuum opemq; nobis ne denega. Dab. Cöslini XII. Novemb. Anno M. DC. XLII.

Clariſs. & Doctiſſimo.

DN. JOHANNI MARCO Philoſoph. & Med. D.

BALDASSAR TIMÆUS von Güldenklee.

S. P. D.

COnſangvineam tuam uteri deſcenſû pati, ſignis, quæ recenſes, manifeſte conſtat Corpuſculum enim illud rotundum cum rimâ glandi virili non abſimili quod ad alarum oſtium conſpicitur, cervix uteri eſt, in quam digitus, uti ſcribis, facile immitti poteſt.

Cauſam hujus procidentiæ vel potius deſcensûs non eſt quod prolixe inquiramus; Scimus enim partum præceſſiſſe difficillimum fœtûque violenter evulſum, unde ligamenta & membranæ, quibus uterus cum peritonæo inteſtinis & cum oſſibus Sacro & iliis colligatus eſt, valde extenſa & relaxata ſunt, ut uterû ſuo loco retinere nō valeant.

Curatio in maturâ & convenienti repoſitione ejusdemq; retentione conſiſtit; Illa quidem non adeò laborioſa, hæc autē difficillima, nihilominus tentanda & quidem tali methodo.

Primò cùm uterus inter veſicam & inteſtinum rectum ſitus ſit, oportet has partes à lotio & excrementis, tanquam obſtaculis, leni aliquo clyſtere liberare, ne repoſitionem impediant, vel difficilem reddant.

Deinde collocetur ægra in lecto ſupina elevatis coxis & reflexis poplitibus ac divaricatis cruribus, mox uterus abluatur & abſtergatur tali decocto.

℞. *Gallar. myrtill.*
Glandium ana ℥ij
Flor. balauſt.
roſar. ana M ß.

Vini rubri auſteri ℔iß Ebulliant ſemel atque iterum poſtea colentur.

Poſt abſterſionem uterus in ſuum locum reponatur, & ne iterum excidat peſſulus vulvæ immittatur in hunc modum formatus. Accipe lanam mollem & benè carminatam, huic inſperge pulverem ex maſtiche, thure & balauſtiis, contege ſyndone vel linteo rarioris texturæ & conſue in modum peſſuli, cui filum ſit appenſum, ut extrahi poſſit. Hunc peſſulũ imbue vino adſtringente modo deſcripto & applica.

Umbilico & Ilibus affigantur cucurbitulæ cum multa flamma, ſed absque ſcarificatione, repetaturque hoc ſæpius. Earum enim attractione uterus elevatur & retinetur.

Imo ventri applicetur emplaſtrũ contra rupturam. Quieſcat autem ægra ſupino decubitu per dies ſeptem caveatque ab omni corporis commotione tuſſi & ſternutatione.

Naribus ſuaveolentia, pudendis fœtida admoveantur.

Hæc dum fiunt, ſingulis matutinis exhibeatur decoctum Foreſtii huic affectui valdè conveniens.

℞. *Cyperi ℈ii*
Granor. myrti
Rad. conſolid. utriuſq;
Nuc. cupreſſ.
Sumach.
balauſt. ana ℈i
Cinam. acutiſſ.
Calam. aromat. ana ℈ij.

Groſſo modo inciſa bulliant in vini rubri ℔ij. R. Colatur ℔ iß. Clarificetur & edulcoretur Sacch. alb. ℥ij M.

D. in fictili.

Elapſo ſeptendio eximatur peſſulus & paretur talis inſeſſus.

R. *Rad. ſymphyt. ℔i*
tormentill. ℥ii
Bacc. myrtill.
Sumach. ana ℥iß
Muſc. arbor. querni. M iiij
Cort. quern.
Glandium ana ℔ß.
Flor. roſar. rubr.
Lyſimachiæ ana M j
Alumin. ℥iiß

Inciſa & conquaſſata coq. ex ſ. q. aq. ſimpl. pro balneo, in quo ægra umbilicotenus ſedeat per horam unam, vel, ſi vires prohibeant per ſemihoram, repetaturque aliquoties.

Hæc omnia etſi Tibi ſint notiſſima, monere tamen volui, cum ſciam

in æ-

caſibus ſubitis & calamitatibus propriis ſæpe etiam optimorum Medicorum animos adeo conſternari, ut de remediis idoneis cogitare non poſſint. Meliora ipſe Tibi ſuggeres, Interea ut fœminam virtuoſiſſimam bonæ valetudini divina reſtituat Clementia, devote precor, Teque cum tuis quam optime valere jubeo, Raptim Colbergæ d. XIII. Novembr. An. M.DC.XLII.

EPISTOLA XXXX.

De Molâ

DN. BALDASS. TIMÆO, V.G.

Fratri unico.

CHRISTIANUS TIMÆUS

Salutem & Amorem.

IMproviſus ſe mihi offert harum exhibitor bigis inſtructus & curru. Is ergò vinum illud quod in quavis molâ utiliſſimum eſſe nuper indicabas, commode transferre poterit. Quas in chartam conjeci medicamentorum formulas, earum in pharmacopolio veſtro præparationem ut promoveas, & ſi quid aliud affectui huic convenientis adinveniſti communices obnixe rogo. Plura non permittit transferentis importuna feſtinatio. Vale. Scribo Treptoæ d. XII. Junii An. M.DCLII.

D. CHRISTIAN. TIMÆO, V.G.

Fratri unicè dilecto

BALDASS. TIMÆUS V.G.

Salutem & Amoris fraterni conſtantiā.

M[illegible]bus opportune dum ad Summi Numinis cultum properandum eſt, tuæ mihi redduntur literæ, nec moram indulget intempeſtiva transferentis feſtinatio, quam & ipſe accuſas. Nihil ergo nunc quidē de meo adjicere vel monere poſſū, ſed medicamenta tantum à te conſignata transmitto. De methodo ut pauca addam:

Primo laxativum aliquod, quale eſt decoctum noſtrum, præmittes. Deinde ſingulis matutinis cyathū vini medicamentoſi exhibebis, continuando donec abſumatur penitus ita tamen, ut quinto vel ſexto quoque die purgans aliquod præſcribas vel enema conveniens. Sub veſperam cujusque diei cubitum ituræ propinabis aquæ hyſtericæ Mynſichti cum aquâ vitæ mulierum permixtæ cochlearia tria vel quatuor.

Abdomen manè & veſperi unguento præſcripto actu calidè inungatur, repetitis per intervalla inſeſſibus, fomentis &c.

Pulveris ſternutatorii interdum ad piſi magnitudinem ægra naribus attrahat, idque jejuno ventriculo & rarius, tertio quoque die vel circiter. Vale, mi Frater, & his utere feliciter, Raptim Colbergæ die XII. Junii Anno M.DC.LII.

℞. *Rad. Rubiæ tinct. ariſtoloch. utriusque*
Enulæ ana ℥ß.
Herb. Arthemiſ. pul. meliſſ. Dictamn.
Cretic. roriſmar. ſalv. ana Mß.
Fol. Sabinæ, lauri ana Mj.
Fl. Cheiri, apic. flor. lil. albor. ana p. j.

Ci-

Cinam. acutiſs. ℥ ß.
Caryophyllor. ℈ij.
Croci oriental. ℈j.
Cicer. rubr. ℥ij.
Baccar. lauri Junip. ana ʒvj.
Groſſo modo inciſa & conq.
D. ad chartam.
S. Species zum achten Theil Wein.
℞. *Aq. hyſter. Mynſicht* ℥vj.
vitæ mulier. ℥iiß.
Cinam. ℥ij.
Eſſent. nr. uterin. ℥j.
Caſtor. ʒj. *M.*
D. in vitro.
S. Zugerichtes Mutter-Wäſſerlein.
℞. *Caſſ. ligneæ acutiſſ.*
Myrrh. elect.
Succini alb. præpar.
Borracis, Croci, Caſtor,
Pulegii, Sabinæ ana ʒj.
M. F. pulvis Add.
Olei Succini alb. gtt XV.
M. D. ſcatulam
S. Treibendes Pülverlein.
℞. *Ungv. Dia thea*
Empl. de m lilot. ana ʒvj.
Pingued. procin.
Adipis gallin.
Medull. cervin. ana ℥ß.
Styrac. calamit. ʒij.
Croci ℈i. *Colocynth.* ℈iiij.
Ol. lilior. q. s. M.
F. Ungventum
D. in fictili S. Sälblein.
℞. *Herb. ... pulег.*
matricar. artemiſ.
majoran. ana Mii.
Fol. Sabinæ, lauri ana M ß.
Flor. Chamæmel. Mii.
Centaur minor.
Lilior. albor. ana. Mi
Baccar. Juniperi ℥ii.
Lauri ℥i.
Colocynth. c. toto ℥ ß.
Incidantur groſſo modo
D. in Charta.
S. Species zur Bläſung.

EPISTOLA LXI.

De complicatis quibusdam affectibus.

ad

Illuſtrem & Generoſum

DN. JOHANNEM BANNER,

Exercitûs Reginæ Sveciæ Ducem ſupremum.

Hochwolgeborner / Gnädiger Herr/ demnach E. Excellenz dero ietzigen Leibes-Beſchaffenheit vernünfftig nachzudencken / und darüber meine Gemüths-Meinung und treuen Rath zu eröffnen mir gnädig anbefohlen/ ſo habe in ſolchem E. Excell. hiermit unterthänigſt gehorſamen wollen / und iſt dabey vornemlich auf Zweyerley zu ſehen.

1. Erſtlich auf die diſpoſition und Zufälle der innerlichen Glieder.

2. Auff den euſſerlichen Schaden.

Was das erſte anlanget / ſo ſeynd ten inappetentia, evaporatio ... caput & inflatio auf einen ſchwachen

oon-

orificio verſchleimeten Magen und unvollkommene Dauung.

Die Beſchwerung aber in beyden Seiten / auff obſtructionem hepatis & lienis, worbey die venæ meſaraicæ, als terminus per quem, keines weges exempt, verſchonet bleiben können (Beydes ab imperfecta concoctione herrührende) und tota corporis conſtitutio auff calidam hepatis intemperiem & plethoram.

Die Schwachheit des Magens kan entweder daher rühren / daß er bißweilen durch einen übrigen Trunck oder hart dauliche Speiſen beſchweret und überladen wird / oder daß die Leber mit ihrer Hitze zu ihrer Nahrung den chilum imperfecte coctum zu frühe anzeucht / oder daß der obere Magen-Mund nach dem Eſſen nicht wol zuſchleuſt und den calorem nativum, durch welchen alle Däuung muß verrichtet werden / exhaliren laſt / der denn nicht ſolitariè ſondern von vielen rohen ungekochten Dünſten accompagniret ins Haupt auffſteiget / in cerebro die ſpiritus animales hinc inde agitiret, unde vertigo, die ventriculos cerebri zu obſtruiren anfanget / unde propter incluſionem ſpirituum animalium ſtupor in digitis ſiniſtræ manûs & pedis; hinter ſich aber in orificio ventriculi ſuperiore viel Schleim läſſet / hinc nervi ſextæ conjugationis eò delati ejusmodi muco obliti ſuctionem non ſentiunt, unde inappetentia. Die evaporatio wird theils durch die hitzige Leber verurſacht / theils durch continuas meditationes & ruminationes wichtiger affairen. Sonderlich aber Leß- und Beantwortung der ankommenden Schreiben über und immediatè nach der Mahlzeit / als durch welche das Haupt erhitzt gleich einer erwärmeten ventoſen oder Laßkopff die Dünſte auff und anzeucht / befordert. Ein ſolcher iſt / meiner Befindung nach E. Excell. itziger ſtatus corporis interior, und dasjenige worüber dieſelbe ietzo klagen. So viel aber den euſſerlichen Schaden betrifft / weil ſolcher in tali corpore ſanguineo ſo lange offen bleibet / auch unterſchiedlichen wieder auffgebrochen / ſo muß die Heilung nothwendig unter dieſen zweyen hindern und auffhalten / entweder daß bey der Curation in- und euſſerlichen nicht vorgenommen worden / was vorgenommen hat ſollen werden; oder es muß inwendig noch etwas frembdes ſtecken / der Knochen geſchieffert oder angelauffen ſeyn; Wer wil aber hier das erſte aſſeriren / daß nemlich die von E. Excellentz bißher adhibiten vornehmen Medici und Chirurgi entweder das Werck nicht gnugſam verſtanden / oder den Schaden zu vermeinten ihrem Vortheil auffgehalten haben ſolten? Ein ſolches iſt ihrer keinem ohne Urſach bey zu meſſen.

Muſte derowegen noch etwas frembdes im Schaden ſtecken. Das kan aber keine Kugel ſeyn: Dann ſolche zum obern Loche wieder ausgegangen; Es wolte dann iemand ſagen / es wäre im Lauffe mehr als eine Kugel geweſen / welches aber der Eingang des Lochs und Naheit des Schoſſes müſten ausgewieſen haben. Fettlappen / Hembde und Ermelflecken haben ſich ſo lange nicht können auffhalten. Iſt demnach vermuthlicher / daß der Knoche geſplittert und doch ſolcher Splitter noch feſt anhange / oder daß er angelauffen ſey von euſſerlicher Lufft / weil das Loch ziemlich weit und rund iſt.

Damit ich nun zur Cur ſchreite / ſo müſſen zuforderſt ventriculus, meſenterium und viſcera nicht electivè purgantibus, ſondern eccoproticis und minorativis per epicraſin ab humorum infarctu liberiret / die obſtructiones reſeriret / flatus diſcutiret / viſcera hinwieder corroboriret und dabey eine leidliche diæt angeſtellet. Zum euſſerlichen Schaden aber / was frembde Sachen zur Wunden austreibet eingegeben / und was ſolche auszeucht / euſſerlich auffgeleget / und da eine caries oſſium verhanden wäre / derſelben pro re natâ remediret werden. Demnach aber E. Excellentz unterſchiedliche vornehme Medicos conſuliret haben / ſo wil ich / ne cornicum oculos configere velle videar nur etliche wenige / ne prorſus ἀσύμβολος maneam, doch kräfftige und heilſame Medicamenta vorſchlagen.

Anfänglich nun können E. Excellentz des acidi tartari fünff oder ſechs Morgen nacheinander / weil es gar nicht wiederlich / ſondern die Brühe fein ſäuerlich macht iedesmahl 2. Scrupel / oder da ſolches nicht gnug wäre / ein Quentlein in einer Hüner oder Fleiſchbrühe oder warmen Bier nehmen / und ein paar Stunden darauf faſten / nach ſolchem die gewöhnlichen Pillen gebrauchen / damit / was das acidum tartari erweichet / durch dieſelbe folgends ausgeführet werde.

Mit beſſerer Bequemligkeit aber / und doch nicht geringerm Nutzen werden E. Exc. derer aus dem acido tartari verordneten Küchlein fünff oder ſechs iedes eines Dreyers groß zwo Stunden vor den Mahlzeiten genieſſen.

Beyderley ſcheuren nicht allein den Magen fein ſattſamlich aus ohn einig Ungemach / und erwecken einen Appetit, ſondern eröffnen auch die Verſtopffung des meſenterii, der Leber und Miltzen und præcipitiren die daraus auffſteigenden fuligines.

Zur Stärckung ietzt benanter innerlichen Glieder können E. Exc. auſſer der evacuation offt einen Löffel voll Syrupi de tincturâ corallorum cum ſucco citri vel berber. bereitet nehmen.

Euſſerlich wird gut ſeyn / zur præſerva-

ſervation des ſtuporis alle Morgen ein oder zwey Tropffen Galbanohl/ hinten ins Genick/da das principium nervorum iſt / warm einſchmieren zu laſſen/und da E. Excell. ja wolten eine fontanell tragen / ſo gebe ich vornehmen Medicis und Chirurgis nachzudencken / ob nicht beſſer wäre/ eine zur derivation und diverſion am lincken Arm zu tragen/und die am rechten ſchwachen Arm / weil ſie ohne das wenig intercipiret / unterdeſſen gleichwol aus dem HäuptFluſſe herzu zeucht / welche aber mehr durch die kleine venas ſubcutaneas capillares zur neuen fontanell , als durch die groſſen Adern ihrem erſten Gebrauch nach ihren Fall nehmen / zu gehen zu laſſen. Die Objection wegen des ſtuporis in pede & manu iſt der importanz nicht / daß ſie ſolt ein ſo nützlich gut Werck hintertreiben können/ denn jaein mahl gewiß / daß Hand und Fuß in ſich ſelbſten geſund ſind/ und ſolche Schwachheit aus dem Haupte kriegen / oder vielmehr die Beweglichkeit / ſo aus dem Häupte ſolte mitgetheilet werden / daß alſo dieſer affectus nicht iſt idiopathicus ſondern ſympathicus communione nervorum, und geſchicht nicht poſitive, ſondern privative, weil die facultas animalis ſenſitiva propter aliqualem ventriculorum cerebri, principii nervorum & ſuperiorum ſpinæ dorſi vertebrarum obſtructionem ad digitos nicht deferiret wird.

Nun gehen alle Medici rationales in ihren Curen nicht auff die Morbos, ſondern auff morborum cauſſas/ die würden der geſtalt κατ' ἔν ſtäglich ausgeführet / zugleich auch die facultas ſenſitica ad partem proprie affectam mehr zur corroboration dann einiger debilitation gezogen / wenn hiernachmahlen die fontanell mit einem Küglichen Ahornen Holtz verſehen / mit Epheu Blättern und auffgelegten Tüchern bedeckt würde/ ſo würde ſie gewiß nicht mehr herzu ziehen.

Beydes ſchreibe ich / als ein expertus Rupertus. Gelüſtet aber E. Excell. eine panaceam præſervativam zu haben / und ſo wohl der fontanell als vieler Artzney zu entrathen / ſo will E. Excell. zu entdecken ich als ein treuer Medicus keine Scheue tragen ; Das iſt nun abſtinentia à nimio potu cereviſiæ & vini. Dann ſo E. Excellentz zu viel Bier trincken / ſo wird dadurch der Magen geſchwächet / die Glieder verſtopffet und der Leib mit Winden ausgedehnet ; Da aber zu viel Wein/ ſo wird die Leber und Miltz gar zu ſehr erhitzet/die Gehirn = Adern angefüllet / und dannenhero iſt mehr Gefahr denn von der Auffdünſtung zu beſorgen ; Derowegen auch gut ſeyn wird / jährlich zum wenigſten einmal im angehenden Sommer am Arm eine Ader zu ſpringen und acht oder zehn Uncien Bluts abzu zapffen.

Solte aber ja E. Excellentz etwa zum ſtarcken Trunck bißweilen ſich bereden laſſen / ſo wäre gut / daß ſie noch ante Somnum das meiſte per vomitum wieder weg gebe/und darauff zu Niederdrückung derer Dünſte einen Löffel voll Roſeneßig oder ſauren Granaten Safft trincken/ und auff die Leberſtelle in der rechten Seiten Tücher in warmen Roſenſafft oder in Entſtehung deſſen in Saurkohl-Suppe / iedes oder deren einem Pfund / zuvor eine Uncie Salpeter auffgelöſet und zu Erhaltung der natürlichen Wärme derſelben ein wenig gelben Sandel oder Wermuth auffgekocht ſey / genetzet und wieder ausgetrucknet warm aufflegen / und ſo offt es erkaltet / wieder daran wärmen und aufflegen.

Wann ſchlüßlich E. Exc. auff einen Tag oder drey Morgends oder Abends einen Becher voll von dem Wundtranck warm truncken und euſſerlich das Pflaſter aufflegten / ſo würde verhoffentlich ſich bald ausweiſen / wo der Haſe vergraben lieget; wäre nichts frembdes darin / auch kein Schieffer am Knochen hangend/ ſondern eine Caries oſſium verhanden / ſo wird ein erfahrner Chirurgus pro re natâ bald Rath finden. Ich aber wolte / wann ſonſten keine contraindicatio ſich erhübe / nur Campfer in Brandwein reſolviren und einſpritzen.

Dieſes iſts Hochwolgebohrner Gnädiger Herr / das auff E. Excell. Befehlich ich habe in unterthänigem Gehorſam zu Papier bringen wollen/ von Hertzen wünſchende / daß es guten effect erreichen und E. Excell. dadurch vermittelſt Göttlichen Segens zu beſtändiger Geſundheit gelangen/ dadurch unſerm vielgeliebten hochbedrengten Vaterlande mit gutem treuen Rath und Heroiſchen Tapfferkeiten zur ſichern tranquillität und ſo lange gehoffeten Frieden möge verholffen werden / In deſſen allgewaltige Protection E. Excell. ſambt dero vielgeliebten Gemahlin / Herrchen und Fräulein / und zu dero fernerem favor und Schutz ich mich und die meinigen empfehle verbleibend allezeit E. Excell.

Egel am
14. April
1634.

Unterthänigſter Diener
Matthias Engelhard. D.

EPISTOLA XLII.

De eodem affectu
Ad Eundem

Es hat zwar des Herrn Generals Johann Banners Excellenz nunmehr eine geraume Zeit hero mit groſſen anſehenlichen Koſten vieler vornehmer / gelährter / erfahrner und dieſes Landes berümbteſten Medicorum Bedencken und Rath / wegen ſeines beſchwerlichen und langwierigen

gen affectûs hypochondriaci einge-holet und bekommen/ auch nach Verordnung des Conſilii Auguſtani unterſchiedliche und vielfältige medicamenta gebrauchet / welchen aber vorgeſetzte Scopos und in ermeldtem Conſilio wol angedeutete intentiones nicht attingiren und treffen wollen. Hierauff iſt nun ferner zu Leipzig in einem andern mit H. D. Sennerto gehaltenen Conſilio de materiâ medica und höhern arcaniſirten Artzney-Mitteln / welche durch GOttes Hülffe und gnädigen Segen etwas näher zum Zweck vorangedeuteter intention verhoffentlich colliminiren möchten/deliberiret / und auf nachfolgende abſonderliche remedia und arcana einmütiglich geſtimmet und geſchloſſen worden.

1. Erſtlich und fürnehmlich hat dahin für allen Dingen geſehen und getrachtet werden ſollen / daß man ein ſolch arcanum zu wege bringen mochte/welches nicht allein affectum hypochondriacum ſondern zugleich deſſen Symptomata und Zufälle alle concerniren thäte ; Dannenhero ex triplici naturæ fonte oder aus dem dreyfachen Reich der Natur / als/ vom animaliſchen / vegetabiliſchen/ mineraliſchen Gewächſen und deroſelben Subjectis utrobique appropriatis ſpecificis die ſpiritualiſchen vornehmſten Haupt-Kräffte zuſammen colligiret / ſpagyrice ſeparîret/ clarificiret/exaltiret und in ein Kunſt und Natur gemäßen ſpiritualiſch univerſaliſch / gleichſam dreyeiniges aſtraliſch Feuer ignis debito artificio angezündet oder formiret / circuliret / perficiret / und nachmahl ratione δυνάμεως proprietatis & affectus IGNIS NATURÆ triplicis, ſeu elixir antihypochondriacum intituliret worden / von welchem nun zu gebrauchen / kan E. Excell. den Anfang machen mit ſieben oder neun Tropfflein/ ferner mit zehen / funffzehen biß zwantzig oder ja nach Befindung der operation mit mehr oder weiniger Tröpfflein continuiren. Ja wol auch zu weilen einen Scrupel oder ℈ß mit einem appropriirten Waſſer einnehmen/ doch daß darauff alſobald Ihr Excellentz einen Schweiß dulden und erwarten wolle/und ſoll allewege Ihr Exc. mit dieſem zwey oder drey Tage nach einander anhalten/und dann darauf die confortantia gebrauchen / unter welchen/

2. Vors ander die tinctura Corallorum das principale oder Hauptſtücke ſeyn wird / Als welche zuforderſt dieſe verborgene Eigenſchafft und von GOtt und der Natur eingegoſſene wunderbahre Magiſche Krafft hat die illuſiones phantaſticas, melancholicas zu diſſipiren/das Hertz / Sinn und Gemüth zu erfreuen / die natürlichen und leiblichen Geiſter zu erfriſchen / das Geblüth zu erleichtern und ſonſten auch allerhand Zufällen vorzukommen/ und

und giebet der edlen und herrlichen tinctur Paracelſus die Gezeugniß: Es ſey unmüglich / daß bey unabläſſigem Gebrauch derſelben ſich einige Unreinigkeit im Geblüt verhalten könne. Doſis â ʒß ad ʒi. vel per ſe vel cum ſpiritu meliſſæ, lilii Convallium & conſimili.

3. Nicht weniger wird vors dritte das Hertz und Haupt dero animaliſche und vitaliſche Geiſter erquicket werden durch die eſſentiam ambræ, ſo mit dem ſpiritu roſarum bereitet worden. Davon können Ihre Excellentz zu Abend horâ ſomni oder nach Mitternacht ʒß per ſe in einem Löffel zu ſich nehmen und darauf zur Ruhe ſich begeben.

4. Es iſt auch zum Vierten nochmahl rathſam befunden worden daß Ihre Excellentz das elixir proprietatis, ſo correcto modo appropriatè wol und fleißig bereitet / mit dem obigen ümwechſeln kan / ſieben/zehen / biß funffzehen Tropffen mit warmen Bier einnehme und gebrauche.

Wann nun Ihr Excellentz ein oder das ander elixir neben den confortantibus etliche Tage werden gebrauchet haben / wird alsdenn von nöthen ſeyn / daß man gleichwol etwas / doch nicht zum offtern / purgire zu welchem Ende derſelben

5. Vors Funffte nützlich erachtet / verordnet und bereitet worden die reſina gialappæ, welche nach Gelegenheit mit den cryſtallis ♀ri oder ♀ro ⊖lato pro diſcretione præſentis Medici kan eingegeben werden. Doſis verò reſinæ ℈ß vel gr. xv. non excedat.

6. Zum Sechſten haben Ihro Excellentz zwey approprirte eſſentias vegetabiles ceterach & chamædryos, welche beyde zu Eröffnung der Leber und Miltzens Verſtopffung nebenſt dem andern / um mit demſelben abzuwechſeln nützlich können gebraucht werden. Doſis ℥ß ad ʒj in cereviſiâ calidâ.

7. Vors Siebende ſind noch folgende notabilia zu erinnern und in acht zu nehmen: Erſtlich daß das Elixir antihypochondriacum zweyerley oder zweyfach ausgefertiget / und zum Unterſcheid eines citrinum das ander rubinum genennet worden / welches letztes dann mehrentheil auf die beſchwerlichen und höchſt gefährlichen ſymptomata und Zufälle / als gehlige / geſchwinde Ohnmacht / Schwindel des Haupts / Schlag / non tamen excluſis mineris & radicibus prædicta Symptomata cauſantibus gerichtet iſt.

Wann demnach Ihr Excell. ſich übel befinden und eins oder anderes ſymptoma hereinſchlagen will / ſoll alſobald deroſelben dis Glaß eröffnet und vorgehalten werden / damit ſie den ſtarcken Geruch durch die Naſe wol hinauff nach dem Gehirn ziehen möge / wird ſie alſobald Enderung

rung verſpüren; Wolte aber ſolches nicht allemahl gnug thuen / kan man alſobald einen / 2. oder drey Scrupel Ihrer Excellentz eingeben / mit einem Löffel voll Spirit. lil. convall. ceraſor. meliſſ veronic. oder dergleichen.

Vors ander iſt auch zu mercken/ daß ein Theil der tincturæ corallorum mit dem ſpiritu roſarum extrahiret und bereitet worden. Von welcher Ihrer Excellentz auff den Abend oder nach Mitternacht etwas kan gereichet und mit der eſſentiâ ambræ umgewechſelt werden.

Drittens iſt zu wiſſen / daß von der edlen und trefflichen tinctura ℥ij ſo zu den beyden vorerwehnten elixiren gebraucht und vermiſchet worden/ etwas übrig blieben / ſolche kan man analogâ proportione unter die tincturam corallorum vermiſchen / und wie daſelbſt angedeutet/ ſolche vermiſchete tinctur Ihrer Excellentz umwechſelend / adminiſtriren. Wird in berührten Scopo das ihrige mercklichen und mit Verwunderung verrichten.

Viertens iſt von der tincturâ ♀ris ſo tanquam baſis & fundamentum elixiris proprietatis conſtituiret und einvermiſchet worden/etwas übrig blieben / welche hernach durch Zugieſſung des abgezogenen Spiritûs von der tinctura extendiret und liecht oder hell roth worden/

Davon kan Ihre Exc. in zufallenden Aſthmate und Enge bißweilen nach Gelegenheit ein halber oder gantzer Löffel voll gereichet werden.

Endlich iſt dem nechſt erwehneten elixir proprietat. auch eingefloſſet und proportionatim einvermiſchet das natürliche ſchöne Geblüt und tinctur von den floribus des wunderbahren Solariſchen und recht magiſchen Gewächſes hypericonis, davon das übrige mit beyden eſſentiis ceterach. & chamædryos æquali proportione kan vermiſchet und zu ſelbſt angedeuteten Scopis accommodiret werden.

Paulus Jeniſch D.
Johann Bloſſ. D.

Deſcriptio Medicamentorum ab Excellentiſſ. Dn. Sennerto ordinatorum.

R. *Cremor.* ♀*ri* ℥ii
♀*i* ⊕*lati abſinth.* ℈*iß.*
Fæcul. Ari
bryoniæ
helenii ana ℈*i.*
Divid. in quinque partes æquales ſumendas horis matutinis ex juſculo cereviſiæ vel brodio carnium non pingui.

* * *

R. *Maſſ. pilular.* ♀*rear* ʒ*i.*
Angelic.
de Ammoniac. ana ℈*i.*
Reſin. Gialapp. ℈*iß.*
M. c. aq. antiſcorbut. F. pilulæ parvæ ex quolibet ſcrupulo No. Xiij.
Deaurentur. doſ. ℈i.

R. *Ell-*

*
* *

℞. *Elixir Propr. Par.* ℥ii
Eſſent. Chamædr. ℥ß.
Enulæ
Ceterach.
Card. bened.
Centaur. min. ana ℥ij
M. D. in vitro.
S. vermiſcht. Elixir.

*
* *

℞. *Magiſter. perlarum* ℥ij
coralior. ℥iij
Lapid. Bezoard. orient. ℥i.
Corn. Cerv. philoſ. calc. ℥ij.
Ambræ gryſeæ.
Moſchi Oriental. ana ℈ß.
M. F. pulvis.
D. ad Scatulam
S. Hertz-Pulver.

*
* *

℞. *Eſſent. flaved. Citr. ſine Igne expreſſ. cum ſacchar. finiſſ. incorporat.* ℥ij.
D. ad Scatulam.
S. Citronen Eſſentz.

*
* *

R. *Ambræ gryſeæ* ℥ij.
Moſch. oriental. ℥i.
Extrah. c. ſpiritu roſar. & meliſſ. ana q. s.
D. in vitro.
S. Eſſenz von Ambar und Moſcho.

*
* *

R. *Aq. Aſthmat. Rudolphi Imperator.* ℥vi
Cinamom. ℥ij.
Sacch. Cand. alb. ℥iij
M. D. in vitro
S. Lufftwaſſer.

*
* *

R. *Aq. Zedoariæ* ℥ii.
antiſcorbutic. ℥iii
Confect. Alkerm. ℥ii.
M. S. Windwaſſer.

*
* *

R. *Tinctur.* ☾ ℥i.
Eſſent. Margaritar.
Coraliorum ana ℥ii.
M. D. in vitro.
S. Köſtliche Haupt und Hertz-Mixtur.

EPISTOLA XLIII.

De Herniâ inteſtinali.

DN. BALDASSARI TIMÆO V.G.

Fratri unico

CHRISTIAN: TIMÆUS V.G.

S. P. D.

DApſilibus epulis genialibusque ſermonibus à Te Frater unice, domeſticis, publicisque moleſtiis tridui ferè ſpatio exemptus, ex Hortulino tuo nuper excedens frigoris quidem terras paludesque conſtringentis beneficio, breviorem habui domuitionem, quæ tamen, quod aſpera adhuc erat nimis via, tædio non

non caruiſſet, niſi repetitioni inter nos factorum intentior animus quaſi ocyus horrida & indirecta omnia prætervolaſſet; Imprimis cogitationem ſubinde torſit, quod enterocelen medicamentis ſine chirurgiâ manu curabilem pronunciaras. Memineram enim variorum cum internorum tum externorum, quæ hoc titulo prædicant authores, quos falſos [illegible] omnes eſſe oportuit, aut minimum ſaltem de laxitate peritonæi aliqua intelligendos. Quod ſi ita eſt, miror ante omnes [illegible], qui in medicina pauperum m. p. 276. confidenter aſſerere curabilem medicamentis habitam ſemper fuiſſe inteſtinalem herniam, donec uſus optimus medicamentorum judex aliud docuerit, quem pluribus ibi formulis confirmat.

Tu vero mi Frater, obtento ocio [illegible] quæſo hac quoque in re medicinæ conſule.

Socer meus vertigine ſæpius corripitur, etiam hac ipsa, quâ hæc ſcribebam horâ. Si quid ſingulare habes, quæſo ne invideas. Vale, Frater, optime & cum tuis omnibus ſalve. Dabam Treptoæ die XVII. Decembris Anno M. DC. LIX.

DN.
D. CHRISTIANO TIMÆO, V. G.

Fratri dilecto.

BALDASSAR TIMÆUS V. G.

Salutem & amoris fraterni conſtantiam.

Rectè dixit, quicunque dixit, Animum diſciplinæ vacantem, ſuæ, multa mala præterna(v)igare neſcium; Id quod & Tibi, mi Frater, eveniſſe gratum eſt, dum in diſceſſu ſermones, quos in Hortulino noſtro, de rebus medicis aliiſque non injucundis miſcuimus invicem, tecum ruminatus aſpera viarum, citra ſenſum quaſi, ſuperaſti, minusque moleſto & brevi itineris decurſu tuis es redditus. Sic nimirum animus meditationibus profundis imerſus, magis ferè ac facundus comes in via pro vehiculo eſt, modò non ſint tetricæ aut triſtes.

Herniæ inteſtinalis curationem in adultis niſi parva ſit ſine manus opera impoſſibilem eſſe, longâ experientia didici. Laudantur quidem, ut ſcribis à Practicis multa & interna & externa remedia, ſed famam vix ſuſtinent, nec memini toto hoc, quo praxin exerceo temporis ſpatio, quod tamen ingens eſt & triginta ſex annorum, quenquam, præter infantes quosdam & pueros perfectè ſanatos. Membrana enim illa tenuis & nervoſa non facile unitur, niſi ruptura parva ſit, recens & in corpore puerili. Obſervatum quidem eſt, naturam interdum circa foramen proceſſus ali-

quid generaſſe, quod inteſtinorum prolapſum prohibuit, verùm hoc rarum eſt & ægris non facilè promittendum. Prævotius, quæ loco à te allegato habet remedia immo & longè præſtantiora, à Cratone, Hollerio, Solenandro, Gvilielmo Fabricio, Joële & aliis commendata in multis hactenus omni curâ & diligentiâ tentavi, ſed fruſtra & ſine ſucceſſu, ita ut omnino mihi perſuaſum habeam, herniam in iis qui profectioris ſunt ætatis, ſine cheirurgia eſſe inſanabilem.

Inter cheirurgicas autem operationes, illa mihi videtur eſſe omnium optima & ſecuriſſima, quæ fit ſine ſectione & deſcribitur à Platero tom. 3. lib. 2. cap. 2. hunc in modum:

Cauterium potentiale paullo ſupra teſticuli regionem lateris rupti, ubi peritonæi proceſſus, ſaccum ſubit, collocatur, eâ quantitate ut ſemidigiti longitudine & amplitudine cutem mortificando, eſcharam inurat, quâ mox diſciſsâ aliud cauterium imponitur, donec cute integrè ſublata, pingvedo appareat, quæ forcipe diſcindenda, eo uſque ut proceſſus vaſa ſeminaria deferens, pateat. His, (quod brevi fieri poteſt) peractis, vaſa illa digitis à proceſſu artificiose ſeparantur & acu curvatâ filum ſubducitur, proceſſusque leviter ſtringitur, nullum plane tunc dolorem inferendo, filo poſtea ſucceſſu temporis ſponte elapſo admotis unguentis ſarcoticis, caro calli inſtar ſenſim illic producitur, & ſic premendo ac opplendo locum deperditæ ſubſtantiæ via prolapſuris inteſtinis occluditur.

Si verò & hanc operationem, quæ doloris fermè expers eſt & nullius periculi quisquam reformidat, ille faſciis convenientibus & ſubligaculis probè ſe muniat; His enim & inteſtina ſuo loco contineri & ne prolabantur vel rupturæ foramen, ſi & emplaſtrum conveniens applicetur, amplius reddatur, optimè præcaveri poteſt.

Quomodo autem parari debeant hæ faſciæ docet Paræus lib. 7. cap. 10. & Platerus tom. 3. lib. 2. cap. 2.

Interea cùm ab induratis fecibus & flatuum copia non leve periculum impendeat. Herniofis, omni ſtudio a cibis potuque flatulento cavendum, alvusque ſubinde lubrica ſervanda. Contra vertiginem, quâ ſe interdum rotari queritur Socer tuus, mitto aquarum & ſpirituum quorundam appropriatorum mixturam, juxta & pulviſculum ex radicibus Doronici contra vertiginem tantopere decantati, additis quibusdam cephalicis.

De illa capiat ſingulis matutinis cochlearia tria, de hoc quantum-

culltri cuſpide ter capi poteſt a prandio & cœnâ; Sed hæc purgato prius corpore. Novi enim eſſe cacochymicum & vertiginem hanc, non niſi per conſenſum commotâ ſcilicet & evaporante camerinâ inferiorum excitari. Plura adderem, ſed abrumpere jubet Generi mei, qui has tibi in tranſitu reddet, inopina, attamen urgens feſtinatio. Vale, dab. Colbergæ die XIX. Decembris Anno M. DC. LIX.

℞. Aq. Euphraſiæ ℥iii
Cubebar.
Maceris ana ℥ii
lil. convall. c. vin. deſtill.
lavendul.
Cephalic. noſtr. ana ℥i
Spir. Ceraſor. nigr.
Euphraſ. ana ℥ß.
Meliſſ.
Flor. tiliæ
lil. conval. ana gt. XI.
Rotul. man. Chriſt. ʒiii.

M. D. in vitro
S. Wäſſerlein vor den Schwindel

*
* *

℞. *Rad. Doronic.* ʒiii
Flor. Euphraſ. ℈iiij
Coriandr. acet. prap. ʒis
Cubeb. ʒi
Nuc. Moſchat. ʒis
Cardamon. ℈is
Ol. ſtillat. nuc. Moſchat.
carui
fœnicul ana gt. XI.
Rotul. man. Chriſti ℥iiiß.

M. F. pulvis
D. ad ſcatulam.
S. Pulver vor den Schwindel.

EPISTOLA XLIV.

De præcavenda Cacochymia & Hydrope.

Ad

Magnificum Dominum

Dn. N. N.

Sereniſſimi Electoris Brandenburgici Conſiliarium &c. &c.

MAGNIFICE DOMINE ut ſuus corpori conſtet vigor, morboſique quantum in artis poteſtate eſt, præcaveantur inſultus commodum fuerit.

I.

Singulis vel alternis Hebdomadum periodis, ſordes primis viarum communium partiumq; latebris adhæreſcentes eluere. Quod ut citra moleſtiam fiat, aſſumantur pilulæ meæ ſecretiores, eo qui ſacer eſt, ſeptenario ſcilicet numero, & quidem ſub decubitum tribus circiter à cæna frugali horis; Sic ſi quid vitio humoris cumulatum fuerit,

(cumulatur autem ob viſcerum dyſcraſiam & diætæ errores quotidie) ſenſim & ſine virium jacturâ evacuabitur, fomesque cùm aliis morbis tum Cacochymiæ metuendus exinde, Hydropi blandè ſubducetur. Quodſi penitiori receſſu ſubſiſtentes humores electivè quandoque eliminare placuerit, egregiè, ſpero, conferet Diakermes meum ſolutivum, eo quem in pharmacophylacio præſcribſi modo, aſſumtum. Rectiſſimè autem hoc fiet paullo ante æquinoctium vernum, cùm ſol arietem ingreditur, & in autumno, cùm libram petit.

II.

Interea & viſcera ſubinde roboranda: Ventriculo gratum eſt vinum Rhenenſe, abſinthites vel enulatum ſub paſtu delibandum; jejuno prodeſt Elixir noſtrum ſtomachale viginti circiter guttularum menſurâ ex juſculo carnium non pingui ſorbillandum; Dormiturus deſtillatum noſtrum ſtomachale degustet, quod & flatus diſcutit, adſcenſumque vaporum reprimit. Epati intybacea ſive cichoracea quocunque modo aſſumta proſunt. Liene quæ ex ♂e parantur & maximè tinctura; Omnibus denique Eſſentia mea hypochondriaca & deſtillatum ex ſuccis.

III.

Cæterùm & diætæ habenda ratio. Pulchrè quidem Celſus; Homo ſanus & qui ſuæ ſpontis eſt, nullis obligare ſe legibus debet neque aliptâ egere. Hunc oportet varium habere vitæ genus, modò ruri eſſe, modò in urbe, ſæpiusque in agro, navigare, venari, quieſcere interdum, ſed frequentiùs ſe exercere, ſiquidem ignavia corpus hebetat, labor firmat; Illa maturam ſenectutem, hic longam adoleſcentiam reddit, prodeſt interdum balneo, interdum aquis frigidis uti, modò ungi, modò idipſum negligere, nullum cibi genus fugere, quo populus utitur, interdum in convivio eſſe, interdum ſe ab eo retrahere, modo plus juſto, modò non amplius aſſumere; bis de die potiùs quàm ſemel cibum capere: Cavendum tamen ne in ſecundâ valetudine, adverſæ præſidia conſumantur; ſed obſtant operationes neceſſariæ, à quibus alienum eſſe oportet, & corporis neutri decidentia, ſtrictiùs itaque hic agendum.

Aër ſi ſerenus ſit & temperatus benè eſt; Si qualitatibus ſeu primis ſeu ſecundis aut occultis peccet, vitarique nequeat, corrigendus.

Frigidum & humidum ut & craſſum nebuloſum malignumque ignis emendat, calidum & ſiccum aqua temperat, & ex frigidis humentibusque excitatus vapor.

Majus momentum eſt in victu; Cibus

Cibus ſit boni ſucci & facilis coƈti-
onis, non craſſus, viſcidus, & lentus, nec aëre aut fumo ſiccatus vel ſmu-ria maceratus, vitentur exta & extrema animalium, itemque carnes ſuillæ, anſerinæ, anatinæ, & quæ in aquis degunt, ut & flatulenta omnia, qualia ſunt piſa, rapa, braſſicæ, poma, cucumeres, melones &c. Piſces rarius veniant in uſum & imprimis teſtacea. Cibi condiantur modico aromate & ſale non multo. Potus ſit cereviſia melioris grani, ſufficienter coƈta & bene defæcata; Vina nocent dulcia, rubra & craſſa; proſunt Rhenana [illegible] magis, quam horna.

Somnus ſeptem non ſit produƈtior horis, nec, ſi licet, brevior, ſitque noƈturnus, cui ſi quid deceſſerit de die compenſetur, ſed paullo remotius à paſtu. Sub decubitumque veſtes, ſic & curæ exuantur, & quicquid tetricum eſt, vel moroſum aut arduum: Etenim qui meditabundi ad ſomnum ſe componunt, inquiete dormiunt.

Alvus & veſica quotidie deponant, ſegniores artis opera excitentur. Corporis exercitia adeo ſunt neceſſaria, ut ſine his ægrè ſtabilis ſit ſanitas. Eſt enim motus quaſi flabellum, quo calor nativus excitatur, vapores & excrementa diſſipantur, & per cutis ſpiracula evacuantur; Unde veterum nemo corporis exercitium humanæ vitæ converſationem, caloris naturalis limam, virium roborationem, juventutis debitum & Seneƈtutis gaudium dixit.

Sint autem exercitia omnia moderata, nec cibum ſequantur ſed præcedant. Eadem & affeƈtionum animi cenſura; Amiciſſimum Naturæ eſt gaudium, ſi moderatum ſit, utpote, quod cor & Spiritus totumque corpus recreat; Nocet nimium, quo diſſipantur Spiritus: Ira autem, mœror, triſtia & metus nocentiſſimi affeƈtus ſunt, & propterea quantum poſſibile, devitandi; ſed explicatius de his in conſilio meo diætetico, cujus editio, niſi quod intervenerit, brevi maturabitur; Interea in conſpeƈtu ſint antiquorum monita:

I.

MENSÆ NE SINT ÆQUALES, CÆNA BREVIOR ET FRUGALIS.

II.

INTER UNAM ET ALTERAM MENSAM NULLUS CIBUS AUT POTUS INGERATUR.

III.

MOLLIORES CIBI AC LIQUIDI DURIORIBUS PRÆMITTANTUR.

IV.

IN EADEM MENSA VITETUR VARIETAS CIBORUM, QUÆ MATER MORBORUM.

V.

SI QUID NIMIA MENSA PECCATUM EST, SEQUENTIS MENSÆ FRUGALITATE CORRIGATUR.

VI.

SEMEL IN SEPTIMANA UNA MENSA OMITTATUR, CUM SCILICET NATURA MINUS VIDEBITUR INDIGERE CIBO.

VII.

CIBUS NON DEGLUTIATUR QUIN PRIUS IN ORE PROBE MASTICETUR.

VIII.

NULLUS SUMATUR CIBUS NISI PRIORI CONCOCTO AD QUOD OCTO CIRCITER HORÆ IN IMBECILLI VENTRICULO REQUIRUNTUR.

IX.

EA SIT CIBI ET POTUS MENSURA QUAM USUS DOCET COMMODE AC SINE LABORE CONCOQUI POSSE.

X.

CUM LICET PER PEDES SEMEL QUOTIDIE CORPUS INCALESCAT, ET HOC ANTE CIBUM.

XI.

ANIMI AFFECTUS PRUDENTIÆ FRENO INHIBEANTUR.

XII.

SOMNUS OCTO HORAS NON EXCEDAT, NEC SEPTEM SIT BREVIOR, VITETUR DIURNUS.

XIII.

MOTUS, CIBUS, POTUS, VENUS OMNIA SINT MEDIOCRIA.

XIV.

SANITATIS STUDIUM EST, NON SATIARI CIBIS ET IMPIGRUM ESSE AD LABORES.

Immodicis brevis eſt ætas & rara Senectus.

Hæc breviter & quaſi in anteceſſum monere volui, ſtudia mea prolixius impoſterum conteſtaturus. DEUS, longitudo dierum noſtrorum, Magnificum Virum, columen & Præſidium Patriæ diutiſſimè ſalvum & incolumem præſtet, vel noſtro etiam bono, id quod toto corde voveo.

B. Timæus
von Güldenklee.

BAL.

BALDASSARIS TIMÆI
von Güldenklee
EPISTOLARUM MEDICINALIUM
LIBER IV.
De Febribus.

EPISTOLA I.

De febri tertianâ ſimplici.

Excellentiſſimo & Ampliſſimo Domino

DN. BALDASSARI TIMÆO V. G.
Medico Electorali Amico optimo.

S. P. D.

L. C. A. S.

MEminiſti opinor, Excellentiſſime Domine, quæ nuper queſtus de calore ex Hepate in extrema brachiorum pedumq; exæſtuante. Erupit ille in febrem tertianã ſatis gravem quæ licet abſq; frigore ingentiſſimo tamen cum calore & dolore capitis conjuncta eſt. Hic ipſe quartus paroxyſmus eſt, qui etiamnum hæc ſcribenti moleſtus, & ſentio alios in lateribus & circa renes cruciatûs, cætera verò vehementem laſſitudinem: Dieb' ab acceſſu liberis, non plane liber ſum à volatili quodam calore: ſitis non admodum moleſta & transmittitur aliquando, paroxyſmus ſomno maximam partem. Præſcribe quæſo, Ampliſſime Domine, quæ ad pellendum faciunt malum, & ſi vacat, transmitte atque boni conſule quicquid hic offertur. Vale Dab. Neo-Sedini, 2. die Julii Anno M. DC. LIII.

VIRO
Magnifico & Generoſo
Dn. L. C. A. S.
S. P. D.
BALDASS. TIMÆUS V. G.

FEbrem quæ in ſolſtitio brumali, quo tempore & Cometes exarſit, in hunc usque diem communiter graſſatur etiam M. T. nuper-

prehen

prehendiſſe, equidem condoleo, minus tamen, quia ex tertianarum cenſu, quas puras & ſimplices vocamus Medici: Sunt enim hæ plerumque periculi expertes & ultra ſeptimum paroxyſmum rarò extenduntur, præſertim ſi errores caveat æger & convenientia morbo tempeſtivè opponantur remedia.

Commodum itaque fuerit ante omnia cauſſam mali aggredi & humorem bilioſum in venis meſaraicis putreſcentem, à quo febris hæc naſcitur, evacuare. Præparatione enim haud opus eſſe cenſeo, cum ſigna coctionis in urinis jam appareant. Præſcribſi in hunc finem potiunculam laxativam. Hanc optimè priùs agitatam, ne quid in fundo reſideat, & calefactam uno hauſtu ebibat M. T. die intermisſionis quatuor circiter ante prandium horis, nec aëri externo ſe committat, aut ſomno indulgeat, donec peracta ſit purgatio.

Poſtero die quieſcat & ad virium refectionem & incendii febrilis reſtinctionem de mixtura præſcripta bibat quantum & quando libuerit, urgente præſertim ſiti & calore.

Hinc ſanguis ex baſilica dextri brachii mittatur; Inſtituenda quidem inter ſecundam & tertiam acceſſionem fuiſſet phlebotomia; Verùm quia hoc neglectum, etiamnum minime intermittenda ob plethoram. Viſcerum roborationi conveniet electuarium, quod mitto, etiam putredini reſiſtens, ſi magnitudine nucis juglandis ſæpiuſculè aſſumatur.

Nec omittenda deinceps, ſi diutius protrahatur febris, antifebritica. Expertum habeo pulviſculum his incluſum: Sumitur ſcrupuli unius pondere ex unciis duabus vel tribus aquæ meæ antifebriticæ diebus imparibus, quibus recurrunt paroxyſmi tribus circiter ante invaſionem horis, cum leni ſudoris elicio, idque ſi opus fuerit, iteratis vicibus.

Cæterùm & ſymptomatibus, quæ urgent, obviandum, Capitis dolorem mitigabit oxyrrhodinum cum petiis duplicatis fronti & temporibus tepidè applicandum.

Lumborum verò cruciatûs demulcebit unguentum roſatum cum camphora bis vel ter de die illinendum. Reliqua curato morbo ſponte deſinent, id quod brevi futurum ſpero & opto. Raptim Colbergæ d. IV. Julii ANNO M. DC. LIII.

℞. Decocti nr. laxat. ℥ iß.
Extract. rhabarb. ℈ j.
M. F. potiuncula.

***

℞. Aq. nr. cordial. frig. ℥ iiij.
cichor. Endiv.

acetoſ.

[illegible] of. ana ℥vj.
[illegible] citri.
[illegible] ana ℥ij.
Flor. [illegible] ℥j.
[illegible] ana [illegible]
[illegible] M.
F. Mixtura.

℞. Conſerv. radic. cichor.
roſar ⊕[illegible] ana ℥ij.
[illegible] [illegible]anſant.
[illegible] Abbat. ana ʒj.
Flor. [illegible] condit. ℥ß.
Cort. [illegible] condit. ʒvj.
Syr. [illegible] berber. q. s.
M. F. Electuarium.

*
* *

℞. [illegible] antifebr. perlat.
ʒ[illegible] in capſula. S.

*
* *

℞. Aq. [illegible] antifebr. ℥x.
[illegible] ſimpl. gtt. xxvii.
M. F. [illegible] antifebritica.

*
* *

℞. Aq. [illegible] ℥iij.
[illegible] ℥j.
[illegible] ℥ij.
[illegible] ℈iiij. M.
S. [illegible]

*
* *

℞. [illegible] roſar. M. ſ. c. aqua
[illegible] diligenter loti ℥ß.
Camphor. gr. ix. M.
S. [illegible]

EPISTOLA II.
De eadem

Ad
Ampliſſimum & Conſultiſſimum

DN. MICHAELEM MASIUM.

Conſulem Rügenvvaldenſem meritiſſimum, Amicum meum veterem & olim condiſcipulum.

CUrationem febris tertianæ, Conſul Ampliſſime, Amice omnium ſuaviſſime, quâ Te ſæpius & quotannis fere detineri ſcribis methodice ſic inſtitues:

I. Ad communes vias aperiendas & eluendas mox a prima invaſione admittes enema ex ſero lactis caprini, in quo malva, violaria, Endivia aliaq; emollientia & laxantia ebullierint addita caſſiâ vel electuario catholico aut dia prun. ſolutiv. Olea non admiſceantur, cum calorem & putredinem facile concipiant & bilioſis febribus noxia ſint.

II. In ſecunda acceſſione ad fervorem & ardorem leniendum Julabium ex aqua Cichorii, Endiviæ, acetoſæ & fragorum cum Syrupo ribium, berberum, fragorum, &c. aſſumes; Simulque Epati conveniens Epithema ex aquâ roſarum, plantaginis, Cichorii, aceto roſaceo, ſpeciebus diatrion Santal. &c. tepide applicabis.

III. Die ſequenti ſanguinem ex baſilica brachii dextri mittes ad uncias circiter ſex vel ſeptem.

IV. In tertiâ acceſſione idem facies, quod in ſecundâ.

V. Poſt hanc ad evacuandum humorem biloſum die intermisſionis lene aliquod Cholagogum uſurpabis, qualis eſt potiuncula.

R. *Decoct. noſtri, laxat.* ℥ij.
Syrup. de Cichor. c. Rhab. ℥ß.
Extract. Rhabarb. ℈j.
Tartari ⊕*lat. gr. iij.*
M. pro uno hauſtu.

VI. In quarto paroxyſmo, qui plerumque vehementiſſimus eſt, præter Jolabium ſupra deſcriptum & refrigerantia quædam cordialia nihil aſſumendum.

R. *Aq. noſtr. cordial. frig.* ℥iiij.
acetoſellæ
borragin.
bugloſſ. ana ℥ij.
Succi citri recent. expreſſ. ℥ij.
Rotul. man. Chriſti per l. ℥ß.
Spir. fragor.
rubi Idæi ana gt. xi.
M. d. in vitro.
S. Sauerliches = Kühl und Krafft= Waſſer.

VII. Poſtmodum ſudoriferis agendum, maximè ſi præcedentibus invaſionibus ſponte non eruperint ſudores. Si enim ſingulæ acceſſiones iisdem finiantur, ſeptimum paroxyſmum raro tranſcendit hæc febris; ſin minùs, in longum plerumque protrahitur.

VIII. In ſexta & ſeptima, nihil moliendum, niſi ſymptomata quædam urgeant, peculiaribus remediis mitiganda. Interea motus naturæ diligenter attendendus, & quamvis poſt ſeptimum paroxyſmum, ut plerumq; fit, ſoluta videatur febris, tamen ſi vel ſpontaneo alvi profluvio vel vomitu non ſufficienter & ex toto ſublata ſit materia febris, recidiva metuenda, & propterea præparantia & purgantia repetenda, & viſcerum intemperies epatis præſertim caliditas Cichoraceis alteranda, quod cum hactenus neglectum ſit, mirum non eſt, febrim toties recruduiſſe. Ut autem impoſterum ab ea immunis vivas devote precor, & ſic etiam in cæteris quàm optimè Te valere jubeo. Dab. Colbergæ d. XV. Junii Anno M. DC. XXXV.

EPISTOLA III.

De febri Tertiana & ſuffocatione uteri.

DN. BALDASSARI TIMÆO V. G.

Fratri ſuo unico.

CHRISTIANUS TIMÆUS V. G.

S. P. D.

NIſi rectius fers, frater unice, quotidiana tua ab importunis hominibus negotia, quàm ego, quæ nunc quidem indies cumulatiora me feriunt, facilè his quoque literis meis ſuccenſebis, & merito quod frequentiâ ſcribendi pecco.

Hac

Hac quidem vice libens ſuperſederem, niſi neceſſitas eſſet eſſe in neceſſitate.

Matrona quædam ex primis apud nos poſt exactos in gravi puerperio dies quatuordecim, die illâ, quam poſtremam tecum, mi Frater, in Hortulino tuo egi, abſente matre & marito lychnos in aëre frigido ſebo obducens ſub veſperam varia paſſa eſt ſymptomata, uteri ſuffocationem &c. adeò ut maribus equitem de nocte ad me revocandum miſſurus fuerit, niſi per Conjugem meam de reditu meo edoctus fuiſſet. Nunc tertianæ febris paroxyſmum exſpectat tertium. Ego propter ſuſpicionem non ſatis purgatorum lochiorum venam poplitis incidi; fluxit ſangvis craſſus & nigricans, Tu, mi Frater, conſilio tuo me juvare non detrectabis, miſſis ſimul convenientibus medicamentis. Vale & ſalve cum tuis omnibus. Scribo Treptoæ d. XXIII. Jun. Anno M. DC. LV.

DN. CHRISTIANO TIMÆO, V. G.

Fratri ſuo dilecto

BALDASSAR TIMÆUS, V. G.

S. *P. D.*

DOlendum eſt, mi Frater, avaritiam hominum eo usq; progreſſam, ut etiam exigui lucelli cauſa, corporis valetudinem, ſummum, ſi animæ ſalutem præferas, bonum jactare non vereantur. Excuſari quidem aliquatenus merentur, quos dura urget neceſſitas, aſt in abundantia rerum conſtituti, peccant in proprium corpus, Nemini enim magis quàm ſibimet ipſis nocent, id quod vel ægræ veſtræ exemplo conſtat. Quid enim quæſo puerperam recenti & laborioſo partu debilitatam impulit frigoris externi injuriis ſe exponere? fœtoremque lychniorum ducendorum ſexui fœmineo infenſiſſimum ſuſtinere? Annon ancillæ vel alterius opera expediri hoc poterat? Vide, mi Frater, quàm etiam in ſe ipſam ſæviat avaritia. Verùm ut morbo, cum vitio non liceat, inveniamus remedium, puto eam compendioſè curari poſſe:

I. Si cauſa continens febris, humor ſcilicet bilioſus in venis meſaraicis putreſcens, poſt tertium paroxyſmum, coctâ jam aliquatenus materia evacuetur.

R. *Fol. ſen. ſ. ſ.* ℥iij.
Rhabard. El. ℥ß.
Cinam. acutiſſ. ℈j.
Zingib. el. ʒß. *groſſo*

Modô inciſis affunde decoct. prunor. & paſſul. q. s. ebulliant ſemel atque iterum, poſtea exprimantur fortiſſime.

R. *Colatur.* ℥iiß. *Add.*
Extract. Rhabarb. gr. IX.
vel gr. XI. pro virium
toleraxtia. M.

 Ex-

Exhibe die intermiſſionis cum jejunio & cuſtodia.

II. Si calor febrilis attemperetur Cichoraceis aliisque moderate refrigerantibus.

III. Si febrile *μίασμα* diſcutiatur per appropriata antifebritica, pulverem nimirum transmiſſum. Ejus doſin unam ex unciis tribus, aquæ noſtræ anti - febriticæ exhibebis duabus circiter antè invaſionem horis, corpore probè tecto & ad ſudores compoſito, qui tamen violenter eliciendi non ſunt. Si non remiſerit febris, denuo aſſumatur pulvis iſte imò & tertiâ & quartâ vice, ſi opus fuerit. Interea & uteri habenda erit ratio, præſertim ſi lochiorum fluxus non recte proceſſit, quo fine die intermiſſionis aperiatur Saphena pedis, applicentur etiam enemata convenientia & menſes provocantia, ſi nihil prohibet, propinetur potiuncula actu calida & jejuno ventriculo:

℞. *Aq. Meliſſ.*
arthemiſ. ana. ℥iß.
Myrrh. elect. ℈i.
Succin. alb. præp. ℈ß.
Apicum flav. lil. albor. gr. vij.
Aq. cinam. abſq; vino deſtil. ℥ß. *M.*

Sub horam decubitus delibet aquam hyſtericam Mynſichti, cum aqua meliſſæ vel arthemiſiæ dilutam, obſervatâ ſimul decenti victus ratione. Caveat inprimis ab aëre frigido externo & multo potu in Paroxyſmo.

Plura addere expediendorum vetat moles, qua ferme obruor. Vale, mi Frater. Raptim Colbergæ, die Converſionis Pauli. Anno M. DC. LV.

EPISTOLA IV.

De Febri Tertiana duplici.

CHRISTIANUS TIMÆUS, V. G. BALDASSARI TIMÆO, V. G. Fratri Unico.

Salutem & amoris conſtantiam!

ADmodum me exercent, præter alios Socros meæ morbi pertinaces. Omnem moveo lapidem & ſcorpionem necandum tamen non invenio. Decima ſeptima eſt dierum, quibus decumbit Febri incerti hactenus typi. Intervenit interdum vel totius diei amica quies; Sed hanc mox inquietudo ſequitur & anxietas, idque fere ſub veſperam, quo tempore moveri pituitam dicimus, cum non nimio, ſed vires proſternente nequam calore. Veſcitur ſic ſatis oblatis, quod antè, purgationem non poterat; Dormit etiam modice, ſed poſt ſomnum non ſemper recte habet. Sitis modum non excedit; Mente quoq; ſatis conſtat. Tu, mi Frater, quæſo, conſilio & Medicamẽtis tuis me juvare ne detrectes. Quodſi Dominus Capitaneus currum miſit Illuſtriſſimæ noſtræ nomine, gratiſſimus nobis venies hoſpes, & ut venias ſepoſitis domi

domi negotiis obnixè rogamus. Vale & ſalve cum Tuis, Frater unice, vale belliſſime. Treptoæ Kal. Martii Anno M. DC. XLVIII.

DN. CHRISTIANO TIMÆO,
V. G.
Fratri dilecto
BALDASSAR TIMÆUS, V. G.
S. & A.

SUſpicor, mi Frater, Socrum tuam tertianam duplicem ex pituita & bile putreſcente natam affligere, eo, quod intercedit una dies quaſi quieta, absque tamen perfectâ infebricitatione. Certus tamen eſſe nequeo, quod rigoris vel frigoris mentionem nullam facis. Quicquid ſit, hoc ante omnia agas, ut alvus reddatur lubrica: Videtur enim latens quædam cacochymia ſubeſſe malignitatis particeps. Vires etiam quam potes, optimè conſervabis & inſtaurabis aquis cordialibus & bezoardicis transmiſſis & alimentis boni ſucci, faciliſque coctionis. Dn. Capitaneus conſilium tantum petiit, meipſum non vocavit. Si neceſſum videbitur, morbi circumſtantias accuratius deſcribes. Juvabo quantum potero conſilio & auxilio. Addidiſſem quædam, ſed importunâ transferentis feſtinatione prohibeor. Vale. Colbergæ 2. Nov. Anno M. DC. XLVIII.

EPISTOLA V.

De Febri Quotidianâ,

Ampliſſimo atque Excellentiſſimo Viro

DN. BALDASSARI TIMÆO,
V. G.
Domino & amico ſuo
L. C. A. S. S. R.

ITerum ad opem tuam confugio, Ampliſſime atque Excellentiſſime Domine, Amice, plurimum honorande, quam ſalutarem & meis & mihi haud ſemel expertus. Filiola mea quinq; annorum puella nudiuſ quartus febri laborare cœpit; Recurrit illa ſingulis diebus circa horam decimam noctis & horâ tertiâ vel quartâ matutina, demum ceſſat, frigus intenſius eſt & moleſtius calore. Heri magnos ſentiebat in plantis pedum dolores ſub ipſum acceſſionis initium. Tanta vis mali, ut paucis diebus multum virium abſumpſerit. Cibo utitur non multo, nullo fere appetitu, poſt Paroxyſmum, aliquo tamen ante ipſum. Quæ ætati, quæ viribus & morbo conveniant, optimè noveris, atque ut præſcribere ea velis & per hunc mittere tabellarium etiam atque etiam rogo.

De me neceſſe habeo vetera queri. Maculæ iſtæ epaticæ, quas vocatis, nondum ceſſant, imo diffundi videntur in locos, quos nuper dixi, nec lien optimè habet.

Ægritudines enim & mala quibus hactenus colluctatus plurimis morbum ejus & vitia nimium

quantum auxère. Urina antiquum obtinet colorem & plena eſt ſabuloſâ quadam materia, quæ, ſit venia verbo, matulæ parietibus adhæreſcit, & ipſi quandoque ſupernatat urinæ: Si linteum illâ tingatur, rubeum inducit colorem & ſentio aliquando renum calores. Juva me, quæſo, tuo conſilio & ipſe rectiſſimè vale, ut valeant per te optimi quiq; Dab. Neo-Sedini XXV. Aprilis Anno M.DC.LIII.

T. Amplitud.

Studioſſ.

L. C. S.

VIRO

Magnifico & Nobiliſſimo

D. L. C. A. S.

BALDASSAR TIMÆUS, V. G.

S. P. D.

Filiolam Magnif. Tuæ febri decumbere non ſine condolentis animi affectu intellexi, præſertim cum ex typo & periodis, diebus ſingulis recurrentibus quotidianam cognoſcerem; Eſt enim tardæ & difficilis curationis præcipuè in infantibus accedente & virium langvore. Naſcitur hæc febris ex humore pituitoſo in venis meſaraicis putreſcente, qui præparandus & evacuandus eſt.

Ad præparationem mitto mixturam non injucundi ſaporis; Ejus cochlearia duo vel tria ſingulis matutinis per triduum exhibenda cum jejunio duarum horarum.

Pro evacuatione præſcripſi ſyrupum laxativum, cujus cochlearia duo ex decocto prunorum dulcium exhibenda ſub auroram horâ quintâ matutinâ: à ſomno abſtineat & elapſo trihorio brodium carnis bubulæ vel gallinaceæ ſorbeat non pingve & cum ovi luteo ſubactum. Si ſegniùs aut remisſiùs proceſſerit operatio nec ad minimum bis vel ter dejecerit alvus, ſequenti die repetenda catharſis & ſumenda ſyrupi hujus cochlearia tria idque ex intervallo quatuor vel quinq; dierum repetendum: ſubductâ morbi materiâ niſi remiſerit febris, diaphoreticis reliquiæ diſcutiendæ & antifebriticis agendum.

Conveniens huic ſcopo erit pulviſculus antifebriticus perlatus avellanæ magnitudine tribus ante invaſionem circiter horis ex quatuor cochlearibus aquæ noſtræ antifebriticæ aſſumendus tecto corpuſculo ad promovendum ſudoris elicium, ſed citra violentiam, præſertim ſi natura ad ſudores minus fuerit proclivis. Quod non facit ſudor, præſtat id tenuis Udor. Interea & humoris pituitoſi generatio præcavenda viſcerum & inprimis ventriculi roboratione. Intentioni huic inſerviet Electuarium, quod mitto, ſi nucis caſtaneæ quâtitate ſæpiùs aſſumatur. Calorem febrilem temperabit, ſimulque vires reficiet liquor purpureus, cujus ſæpiuſculè

[illegible]ſculè tam in ipſo paroxyſmo, quam extra hunc cochlearia tria vel quatuor exhibenda; Extra autem ventriculi regio linimento præſcripto bis de die mane & veſperi calidè inungenda.

Circa diætam non eſt, quod moneam niſi, ut à piſcibus & lacticiniis abſtineat, & a potu nimio, præſertim inter æſtus febriles.

Maculæ cutaneæ M.T. moleſtæ, vulgo quidem epaticæ dictæ, à lien[e] magis dependent & peculiari indigent curatione, cui, ſi M. V. in vicino prædio, cum longè domo abeſſe nequeam, verno hoc tempore vacare libuerit, nulli equidem operæ parcam, funditùs ut eliminentur. Interea M. T. non minùs ac filiolam ſuaviſſimam melius valere precor.

Dab. Colbergæ d. XXVI. Aprilis Anno. M. DC. LIII. M. T.

Omni ſtudio & fide
devinctiſſimus
B. T. V. G.

R. *Aq. nr. aperitiv* ℥iij.
carduiben.
fœnicul. ana ℥iß.
Syr. ex ſucco carduib. ℥j.
Spir. ⊕li gtt. vij M.
F. Mixtur.

R. *Syr. nr panchymag.* ℥iiij.
Extract agaric. ℈iß.
M. D. in fictili.

S. Laxierender Syrup auff etliche mahl.

R. *Pulv. nr. antifebrit. perlat.* ʒiß.
D. in pixide lignea
S. Pulver vor das Fiber.

R. *Aq. nr. Antifebrit.* ℥vi.
D. in vitro.
S. Wäſſerlein vors Fieber.

R. *Syr. violar. recent.* ℥iij.
Spir. ⊕li gtt. xi.
Miſce exactiſſime
Poſtea affunde
Aq. noſtr. Cord. frig. ℥ij.
Aq. noſtr. Cord. frig. ex ſucco cytonior. ℥iiij.
acetoſell. ℥iij.
Spir. Carduiben. gtt. xv.
M. S. Kühlendes und ſtärckendes Wäſſerlein.

R. *Ol. noſtr. ſtomachal. compoſit.* ℥iß.
ſtillatit. nuc. moſch. gtt. ix.
citri gtt. vij.
M. D. in vitro
S. Oehl zum Magen.

R. *Conſerv. roſar. ⊕lat* ℥iij.
Elect. nr. ſtomachal. ℥j.
Spec. aromat. roſat. ℈iiij.
Syrup. de corticib. citr. q. ſ.
M. F. Electuarium
d. in fictili.
S. Lattwerge.

EPISTOLA. VI.
De eadem.

Ad

Ad
Ampliſſimum & Conſultiſſimum
VIRUM
DN. CHRISTOPHORUM CRüGERUM
Sereniſſimæ Principis Rügenvvaldenſis Viduæ Conſiliarium.
Dominum & Amicum meum Specialem

IN cognoſcendâ febri quotidianâ ſæpiſſimè falluntur ægri, dum omnes illas, quæ ſingulis diebus exacerbantur, pro quotidianis habent, cum tamen plerumq; ſint vel tertianæ duplices vel quartanæ triplices; Nullus tamen ambigo, quin recte de hac, quæ te vexat febri, ſentias, cum omnia ferè quotidianæ indicia in Te conſpirare videantur, corporis nimirum conſtitutio frigida & humida, habitus corporis obeſior & albicans, ætas ſenilis ad pituitæ generationem apta, alimentorum viſcidorum, qui præceſſit frequentior uſus, præcipuè piſcium, quibus Te admodum delectari, non ſum neſcius. Arguit præterea hoc ipſum nocturna febris invaſio, calor poſt refrigerationem tardior, lentus, halituoſus & inæqualis, initio urinæ uti ſcribis albæ & tenuis, nunc craſſæ & turbidæ.

Cum itaque hæc febris a pituita putreſcente generetur, proximum erit eandem evacuare, quod ut commode fiat, præparantia quædam ex incidentibus, attenuantibus & aperientibus præmittenda ſunt e.g.

R. *Aq. hyſſopi*
betonic
agrimon.
fœnicul.
Cichorii.
Card. ben. ana ℥ij.
Syrup. noſtr. aperit. ℥iiij.
de abſinthio ℥ij.
Spirit. ⊕*li. gt. xxv.*
M. pro 6. doſibus.

Hinc tempore quietis ſive intermiſſionis phlegmagogum hauries in hunc modum adornatum:

R. *Decoct. noſtr. laxat.* ℥iß.
Magiſter. Agarici ℈j.
Pulv. Gialapp. gr. iiij.
♀*ri*⊕*lat. gr. ij.*
M. F. potiuncula.

Poſtmodum ad ſudorem ciendum febrimque arcendam drachmam unam theriacæ vel mithridatii aut radicis cavæ ex hauſtu vini Rhenani albi horis circiter duabus ante invaſionem ebibes, idque ter vel quater & amplius, ſi opus fuerit, repetes.

Interea ad prohibendam pituitæ generationem ventriculum roborabis tali Electuario:

R. *Conſerv. roſar.* ⊕*lat.* ℥ij.
betonic.
roriſmarin. ana. ℥j.
Condit. Zingib. Chinenſ.
Cort. citri

rad.

rad. Enulæ ana ℥ß.
Spec. aromat. roſat. ℈iij.
Syrup. de abſinth. q. ſ.
M. F. Electuarium.

Extrà ventriculus inungatur oleo noſtro ſtomachali compoſito vel applicetur Emplaſtrum ſtomachale Hartmanni.

Hæc ſi non profecerint, cum ſæpè quoque pertinax & diuturna ſit hæc febris, ſvadeo vomitivum ſumi ex ſale vitrioli albi & cereviſiâ calidâ, purgari ex oleo & butyro.

Poſtmodum ♀o ⊕lato utaris per aliquod tempus ex hydromelite Lithvanico vel Finnico.

Hinc Mechoacannæ albæ drachmam unam & rad. Gialapp. c. momento Croci tinct. ℈ß. ex vino abſinthite hauriss cum jejunio 4. horarum & cuſtodia.

Ex antifebriticis proderit pulvis noſter per ſe ſolus ex aquâ noſtra antifebrifuga duabus antè invaſionem horis ter vel quater aſſumendus cum ſudoris elicio.

Ventriculo denique ſubvenies Eſſentiâ meo ſtomachali ad guttas XX. vel XXV. ex cereviſia calida vel infuſione vini tenuioris cum pauco cortice, croco & Sacchara præparato repeti timet per vices deſtinando,

Succeſſum largiatur, in cujus manu omnia, ſcribo occupatiſſimus Colbergæ d. XIX. Novembris Anno M. D. XXXVII.

EPISTOLA VII.
De Febri quartanâ.
Ad
Reverendum & Doctiſſimum
DN. SIGISMUNDUM GISBERTUM CANTIUM.
Ordinis S. Brigittæ Monachum.

Quod ex frequenti ciborum ſale conditorum fumoque duratorum uſu, ſæpè minatus ſim lienis vitium, hoc inter alia febris qvartana, quâ Te ultrà trimeſtre graviter affectum ſcribis, manifeſtè prodit. Ex falſo enim, crasſo & impuro chylo multùm materiæ feculentæ circa lienem, meſenterium & vicina viſcera cumulatum eſt, quæ tandem putredinem concipiens in febrim exarſit, adjuvante & corporis conſtitutione melancholicâ.

Nunc quid agendum ſit, ipſe vides. Abſtinendum ſcilicet deinceps ab ejusmodi cibis, qui crasſum feculentumque ſuccum generant, quales ſunt carnes ſuillæ, bubulæ, cervinæ, leporinæ, avium paluſtrium, anſerum, anatum, maximè verò ſi fumo exſiccatæ vel in muria aut aceto maceratæ ſint: Vitanda etiam flatulenta omnia, legumina, brasſicæ, fructus crudi, piſces pelagii, & paluſtres præſertim aëre ſiccati, panis azimus, furfuraceus, non ſati coctus aut malè fermentatus & ſimi-

lia. Econtra utendum alimentis boni laudabilisque ſucci & quæ facilè concoquuntur, ovis nimirum ſorbilibus, pullis gallinaceis & gallinis, carnibus vitulinis, hædinis, avium montanarum, perdicum, phaſianorum, turdorum; piſces ſint ſaxatiles, funduli, trocta, lucius, perca, ſalmo recens, &c. Convenit & ptiſana hordeacea cum paſſulis & aniſi ſeminibus benè cocta, amygdalæ dulces, uvæ paſſæ, poma Borsdorffiana, pruna Ungarica &c.

Potus ſit cereviſia defecata & abſinthio, meliſſa, roremarino & ſcolopendrio condita, vel vinum Neccarinum aut Rhenanum non auſterum.

Sed fruſtrâ erimus in ciborum potulentorumque apparatu victuq; meliorando, niſi quod feculenti humoris anteà cumulatum fuit, priùs eliminetur.

Hoc ut methodicè fiat & ordine.

I. Primo viæ communes ab infarctu liberentur Enemate ſimplici vel prunis, aut paſſulis noſtris laxativis.

II. Hinc Baſilica ſeu Mediana brachii aperiatur, ſangvisque ſi niger & craſſus prodit, copioſè, ſi tenuis & rubicundus parcè emittatur, vel quod meliùs, ſtatim ſupprimatur.

III. Poſtmodum præparantia & concoquentia exhibeantur, quo nomine diebus intermisſionis ſingulis matutinis mixturæ ſequentis uncias quatuor aſſumes.

R. *Aq. nr. aperitiv.* ℥iiij.
fumar.
Cichorii ana ℥iij.
Card. ben.
borragin.
Endiviæ ana ℥ij.
Syrup. de fumar. ℥iijß.
de cichorio
ex ſucc. borragin. ana ℥ j.
Spir. ſalis gtt. xxx.
M. pro VI. doſibus.

Quod coctum eſt, evacuetur. uſu iſtius potiunculæ:

R. *Decoct. noſtr. laxat.* ℥iiß.
Pulv. Gilapp. præp. gr. xl.
Tinctur: ♀*i gr. xl.*
M. F. potiuncula.

V. Verùm cum Augiæ hoc ſtabulum unà operâ non repurgetur, interjecta unius & alterius diei quiete denuò præparantia & purgantia repetes, aſſumendo ſingulis matutinis unicias quatuor Syrupi noſtri aperitivi cum aquis convenientibus diluti, e. gr.

R. *Syrupi noſtri aperit.* ℥vj.
de pomis Borsdorff. ℥ij.
Aq. fumariæ
Cicchorii ana ℥iiij.
Aq. Card. bened.
Centaur. minor. ana ℥ij.
Spiritus ſalis gt. xxv. M.

Ad accelerandam coctionem etiam poſt meridiem duabus circiter antè frugalem cœnam horis delibes

libs. Electuarii ſequentis quantum cultri cuſpide ter capi poteſt, quo & vires reficiuntur:

℞. *Conſerv. fumar.* ℥ij
rad. Cichorii ℥ij.
borragin. ℥j.
Cort. citr. condit. ʒvj.
Spec. aromat. roſat.
Lætif. Galen. ana ℈ij.
Confect. Alkermes ʒij.
M. C. Syrupo Flor. tunic. q. ſ.
M. F. Electuarium.

Purgationi conveniet bolus:

℞. *Conſerv. fumar.* ʒij.
Extract. fol. ſena ℈ß.
Reſin. Gialapp. gr. vij.
Confect. Alkerm. ℈j.
M. F. bolus ſaccharo conſpergendus.

A boli hujus deglutitione ſuperbibes cereviſiæ calentis hauſtum, ſubſequente quatuor horarum jejunio & cuſtodiâ.

VI. Si nec ſic ſatis purgatum fuerit, chalybeatis deinceps agendum, morbificusque humor extracto Hellebori rite præparato, eliminandus.

VII. Cæterùm nec ſudorifera ſi quæ à proprietate prodeſſe credimus, prorſus omittenda;

℞. *Aq. noſtr. antifebriticæ ex ſuccis deſtillat.* ℥iiß.
Bezoardic. ℥j.
Spir. Theriacal. Camphorat. gt. xxv.

Miſc. F. hauſtus ter vel quater duabus ſubindè antè invaſionem horis aſſumendus provocatis ſub lecto ſudoribus vel:

℞. *Aq. panis ſecalin. c. vin. deſtillat* ℥iiij.
Pulv. noſtr. antifebric. perlat. ℈j.
M. F. potiuncula ter antè paroxyſmum repetenda.

Verùm ſi hæc omnia expectationi noſtræ minùs ſatisfecerint, ut Saturninum hoc malum valdè contumax eſt & refractarium; ſuadeo ipſa die invaſionis, quinq; vel ſex circiter antè invaſionem horis pulviſculum purgantem, quem mitto, ex cereviſiâ calidâ ebibas, nihilque cibi præter ptiſanam hordeaceam cum paſſulis coctam, totâ die capias, certâ ſpe fretu, vel hoc ipſo aut paulò pòſt à Febri Te liberatum iri.

Si nihilominùs repetat paroxyſmus, quod tamen raró accidit; Opiatam noſtram antifebriticam duabus antè invaſionem horis, ter ſi opus fuerit, aſſumes, primaque vice ſcrupulum unum, alterá duos, tertiá tres ſive drachmam unam ex hauſtu vini albi actu calidi ebibes, probeque ſtragulis tectus, ſudores elicies quouſque totum corpus iiſdem diffluat habito tamen virium reſpectu.

Sic per compendium quaſi multos DEI gratia à pertinaciſſima febri feliciter hactenus, quod præfiſcine dixero, liberavi, methodo

[illegible] hell und klar / am Bodem aber [illegible] Glaſes hatte ſich ein kohlſchwar- [illegible] Pulver geſetzt / das Waſſer goß er [illegible] tionem ab / das ſchwartze Pulver thät er auff eine chartam [illegible] / miſchete ein wenig [illegible] amygdalarum dulcium [illegible] / ſagte wann das Oleum [illegible] wäre / würde das Pulver [illegible] gar hart und lieſſe ſich [illegible] nicht wol ſolviren. Des [illegible] ließ er daß Oleum davon [illegible] und gab mir des ſchwar- [illegible] Pulvers ein wenig / welches [illegible] reduciren und zu ☉ [illegible]. Das übrige that er [illegible] Kolben / hatte wie- [illegible] / aber gar kleine Gläſtein [illegible] unterſchiedenen liquori- [illegible] bey der Hand / ſagte / daß [illegible] rechte menſtruum wäre [illegible] ☉ radicaliter ſolviret wür- de [illegible] es zu keinen Zeiten könte [illegible] werden. Dieſe beyde li- [illegible] er auff den calcem ☉lis [illegible] Kolben / ließ ſie über gelindem [illegible]; Da ſolvirte ſich das Pulver [illegible] einen Blutrothen liquo- rem.

[illegible] liquorem filtrirte Er per [illegible] emporeticam / ließ ihn her- [illegible] ſtarckem Feur ab- [illegible] biß es wieder zu einem Pul- ver ward: Wie er nun weiter damit [illegible] und ſo [illegible] meinem Hochgeehrten Herrn fideliter communiciret werden. Uberſende hierbey ein wenig des erſten Pulvers mit A. ſigniret / welches gar leicht kan wieder reduciret werden / geſtalt ich dann ſolches allſchon verſuchet; Jngleichen des andern mit B. gezeichnet / welches ich biß dato auf keinerley Weiſe reduciren kö̃nen / wie mein Hochgeehrter Herr ſelbſten in examine befinden wird. Dieſes Pulver läſſet ſich inquovis liquore ſolviren und tingiret faſt roht-braun. Ein mehrers habe ich noch zur Zeit nicht obtiniren können; Hoffe aber endlich ihm die Künſte noch abzufragen.

Was compendioſam febris quartanæ curationem anbelanget / habe ich zum öfftern obſerviret / daß circa æquinoctium vernum & autumnale dieſes Fieber gar leicht kan gehoben werden / da ſonſten auſſerhalb dieſer Zeit nichts verfangen wil. Wann auch quartana abſque uſu medicamentorum ſponte ceſſiret / geſchiet es circa æquinoctia gemeiniglich und wird man unter hundert nicht einen finden / welcher auſſer dieſer Zeit davon geneſen wäre / forſan, quatenus ſecundum Hippocratem circa magnas cæli mutationes, ſenſibiles alterationes corporibus humanis accidere ſolent. Doch habe ich einen ſonderlichen modum auch extra hæc tempora quartanas zu curiren. Das fundamentum curationis beſtehet in convenienti evacuatione materiæ morbificæ, wel-

che ipſo die paroxyſmi muß angeſtellet werden / wann die humores eben in motu ſeyn. Des Abends zuvor etwa hora una antè frugalem cœnam gebe ich pro digeſtione vom ♀ro ⊖lato gr. ix. vel ℈ß. ex juſculo cerevisiæ calidæ; Des Morgens folgende mixturam pro purgatione:

R. *Conſerv. fumar.* ʒiß.
Confect. alkerm. ℈j.
Pulv. mei Melanagogi
gr. XI. *vel gr.* XIII. *pro natura & viribus ægri.*

So bald der patient dieſes eingenommen/muß er einen Trunck warm Bier darauf zu ſich nehmen und 3. oder 4. Stunden faſten / hernach nichts mehres als ein Gärſten-Süplein zu ſich nehmen / und muß die Zeit hierbey wohl in acht genommen werden / ita, ut antè initium paroxyſmi motus purgationis abſolvatur. Auf dieſe Arth habe ich durch GOttes Hülffe ihrer viele à quartana feliciſſimè liberiret. Da der paroxyſmus noch etwa recurriret / welches doch ſelten geſchiehet / gebe ich pro ſudorifero folgende potiunculam:

R. *Aq. nr. antifebr.* ℥ij.
Bezoardic. nr. ℥j.
Mixtur. ſimpl. ʒß. *M.*

Was den ſuccum Multiberis deſſen Petræus in Noſologia diſputatione XXXVIII. de Scrobuto gedencket / anreichen thut / iſt ſelbiger dieſes Orts unbekand; Habe neulich nach Koppenhagē an Ihrer Königl. Mayet. Hof-Apoteckern disfals geſchrieben / ſo bald ich Antwort erlange ſoll meinem Hochgeehrten Herrn davon Parth gegeben werden.

Herrn Auguſtum Haupt-Mann / bitte ich / nomine meo ſr. zu reſalutiren und ſein Tractätlein de fontibus ſoteriis Hornhuſiæ zu überſenden auch daneben zuberichten / ob ſelbige Brunnen noch im ſtande und ihre vorige efficaciam haben / verſchulde dieſe Mühwaltungen hinwieder und thue hiermit meinen Hochgeehrten Herrn Göttlichen Gnaden Schutz treulichſt empfehlen / verbleibende.

Meines Hochgeehrten
Herrn

allezeit Dw.

Collberg am 24. Apr.
1647.

B. T. V. G.

EPISTOLA IX.

De diverſis Febribus ex mala victus ratione.

DN. BALDASSARI TIMÆO V. G.

Fratri unicè dilecto.

CHRISTIANUS TIMÆUS V. G.

S. P. D.

Miror, Frater unice, cur duriſſimis his temporibus ſolita ad me ſcriptione tàm diu abſtinueris. Neque enim facilè te excuſabunt occupationes tuæ cum pauxillùm tem-

temporis hunc requirat officium & ipſe inſuper infinitis militum curis tantum non obrutus nihilominus frequentius ſcripſerim. Majorem igitur in modum peto, ut rugo fraterno conſilium tuum mihi communices circa morbos præſidiariorum noſtrorum, qui in longiore tempore ex depravato victu grave contractâ cacochymia nunc variis ægritudinum moleſtiis, maximè verò febribus quotidianis, tertianis, mixtis &c. cum gravisſimis ſymptomatibus afficiuntur. Ego primæ notæ inter hos viri conjugem paucis adhibitis feliciter restitui. Nunc capitanei cujusdam uxor ante aliquot ſeptimanas abortum paſſa in itinere, pari modo infestatur paroxyſmo quotidiano ſub veſperam recurrente cum ſumma anxietate. Huic dentes nigricant flaccescentibus & marceſcentibus gingivis in parte dextra. Ego necesſariis medicamentis non ſatis inſtructus nec ægris nec mihi ſatisfacio. Rogatum igitur Te cupio, ut & conſilio me tuo juves & mittas unà antifebriticis, pulvere tuo proſato aqua, &c. linimento item dentifricio antiſcorbutico & ſpecierum antiſcorbuticorum libra una. Sic Te Frater unicè cum tuis bellè diuque vivere & valere precor. Trepatoæ die 23. Novembr. M. DC. LIII.

Dn. CHRISTIANO TIMÆO, V. G.

Fratri dilecto

BALDASSAR TIMÆUS, V. G.

S. P. D.

Silentii dica, quam mihi impingis, mi Frater, rectius in te ipſum retorqueri poterat, qui forſan etiam nunc tacuiſſes, niſi Morbona ad ſcribendum Te impuliſſet. Dandum tamen aliquid Conſulatui tuo officio ſi unquam, his certè temporibus & laborioſisſimo & moleſtiſſimo. De me verò mitius ſtatues, ubi annexas jam nudius tertius & quod excurrit ad Te exaratas, legeris non interrupti amoris teſtes. Sed ad rem; Cacochymia, quam ex victu provo ſtationarios veſtros pati ſcribis, indicat evacuationem; ſi viſcera, quod plerumque fit, labem, contraxere emendationem.

Catharſin feliciter & tuto inſtitues per ἐπίκρασιν præmiſſis & poſtmodum interjectis ſubinde præparantibus, quæ vim habeant incidendi, attenuandi, abſtergendi. Eſt enim humor ex victu pravo collectus plerumque craſſus, lentus & viſcidus, quanquam interdum & tenuis qualis & ſerum & bilis, cumuletur, pro quorum mixtura, etiam remedia, ut noſti, varianda,

Ventriculi noxam, quam nec calida nec frigida hactenus juvare, temperatis corriges, exhibendo ſpec. Aromat. roſat. cum conſerv. roſar. Gelata & rob. ribium [illegible], aquam item meam ſtomachicam, pulverem Birckmanni, cujus deſcriptionem habes in pe[illegible] &c. Extra fomentationes adhibentur ex abſinthio, mentæ, baccis juniperi, roſis, caryophyllis & ſacculo incluſis, in vino rubello coctis. A paſtu degluſiantur grana aliquot maſtiches [illegible] del[illegible]betur diacydonium, etiam [illegible]bus, aut marmeladaſtomachale Mynſichti, &c. Inſtar omnium erit vinum meum ſtomachale ſuaviſſimi ſaporis. Si ſic viſum tibi fuerit, parabitur propediem. Tu vale & abruptæ per tabellionis feſtinationem ſcriptioni ignoſce. Dab. Colbergæ XXIV. Novembr. Anno M. DC. LVII.

EPISTOLA X.

De ſebre putrida incerti typi.

DN. BALDASS. TIMÆUS, V.G.

Fratri unico.

CHRISTIANUS TIMÆUS, V.G.

S. P. D.

Socrum meam graviter decumbere, quum ex aliorum relatione jam cercerperis, Fratre unice, parum dubito. Quia verò nondum remittit morbus, de eo ad te hiſce [illegible]dum duxi. Initio gravitatem corporis ſenſit inſolitam, donec die Solis ſub veſperam frigus rigorem ſentiret cum frequenti oſcitatione & dolore dorſi. Nondum tamen lecto affigiſſe paſſa eſt. Die mercurii ſequente, medicamento purgante uſa ſine omni moleſtia copiosè evacuata eſt, morbus tamen nihil remiſſior ſubveſperam repetivit febriculæ ſpeciem referens. Heri manè circa decimam paroxyſmus cœpit duravitque ad veſperam. Calor quaſi nullus, pulſus celer, vires dejectæ, undè malignitatis ſubeſſe aliquid ſuſpicor. Miſi ergo hunc tabellionem ut neceſſaria, præſertim cordialia ex pharmacopolio veſtro apportaret, ſimulque à te conſilium, quem ne vacuum remittas obnixè peto. Vale feliciſſimè. Scribo Treptoæ ad Rhegam die XXI. Octobr. Anno M. DC. XLVIII.

DN. CHRISTIANO TIMÆO, V.G.

Fratri unico.

DN. BALDASS. TIMÆUS, V.G.

S. P. D.

Socrum tuam ad febrim putridam, cujuſcunque tandem typi futura ſit, inclinare, multis indiciis conſtat & rectè conjicis aliquid malignitatis ſubeſſe, id quod ex morbi tergiverſatione & virium ſubitâ dejectione conſtat. Convenienter inter initia alvus ſubducta eſt,

eſt, ſecundum ſenis noſtri monitum: Principio, ſi quid movendum eſt, move. Sed vellem & vena ſecta fuiſſet, aut adhuc incideretur, ni vires prohibeant; parùm tamen ſanguinis evacuandum, cavendo, ne die critico id fiat vel inſtante aliqua criſi.

Cæterùm putredini reſiſtendum, calor febrilis qui in profundo latere videtur, demulcendus & vires roborandæ. Primæ intentioni ſatisfaciet mixtura ſimplex cum aqua bezoardica, antifebritica, cordialibus frigidis temperata, qualem ſub titulo Schweiß-Wäſſerlein transmittit Pharmacopæus. Propinabis de ea tribus matutinis continuis pro doſi cochlearia quinque jejuno ventriculo imperabisque ut benè tecta per horam ſudet in lecto, qui tamen ſi difficulter erumpat, vehementi elicio haud erit provocandus: Quod non facit ſudor, præſtat id tenuis udor.

Secundo ſcopo inſerviet decoctum Cornu cervi, cujus præparationem noſti. Poteris etiam de Syrupis transmiſſis aliquid cereviſiæ cui panis intritus ſit, immiſcere.

Tertiæ intentioni manum porriget aq. cordialis transmiſſa, cujus cochlearia duo vel tria ſæpiuſculè exhibebis. Eſt grati ſaporis & pro refectione virium egregiè facit.

Extra linteolum aq. noſtrâ heroicâ imbutum ſubindè naribus admoveatur; Pulſibus verò acetum de rubo Idæo cum aq. roſar. mixtum applicetur. Interim quoque danda opera, ut alvus quotidiè reſpondeat, quæ ſi ſegnior ſit, nullo alio remedio excitetur, quàm ſuppoſitorio, vel enemate ex emollientibus & humectantibus, vel ſi abhorret, Syrupo roſar. ſolutivo cum decocto prunorum. A fortioribus autem purgantibus omnino abſtinendum: Ut autem DEUS ex alto medicationi noſtræ benedicat toto pectore precor. Scribo raptim & in ſomnum proclivis laboribus diurnis fractus, Colbergæ die XXI. Octobris Anno M. DC. XLVIII.

EPISTOLA XI.

De febri ardente continuâ.

VIRO

Nobilis & Excellentiſſ.

DN. BALDASSARI TIMÆO, V. G.

Medico Electorali, &c.

JOHANNES TIDÆUS,

S. P. D.

Gloria ſumma DEO, ſit gratia magna TIMÆO,

Sic meritò ab ardentiſſimâ & periculoſa febri liberatus ovo. Scribi non poteſt, quàm ſubitò omnes corporis vires dejecerit hæc furia, tanto cum impetu, ut ſuſtinere non potuerim, niſi cordialibus à te præſcriptis ſubindè refectus

... Nunc obtentâ per Dei gratiam victoriâ iterum ad ... conſueta redire incipio, ſed ... ſentire enim mihi ... quandam virium imbecillitatem & calorem præternaturalem. Quamobrem peto, con... remedium mihi præſcribat ... Æſtivum hunc noſtrum ... loco gallum of... exhibitor Æſculapio ... meliora ſequantur, quæ ... hæc mea ſpondeo. Vale Vir ...iſſime, ut multi per te valeant. Dabam in aula Crangenſi Dominica Reminiſcere Anno M. DC. LII.

Reverendo & Doctiſſ.

DN. IOHANNI TIDÆO,

Aulæ Crangenſis Paſtori,

Amico veteri & dilecto.

BALDASSAR TIMÆUS, V. G.

S. P. D.

Literas tuas, Reverende Vir, Amice chariſſime, non ſine delectatione legi, gaviſus de obtenta morbi certè periculoſiſſimi victoria. DEUS, qui nobis DEUS eſt ad ſalutem, & JEHOVA Dominus, cujus ſunt egreſſus ex morte, ... quaſi valetudinem ... firmet augeat & priſtino vigori clementer reſtituat. Caloris præternaturalis ſi quid eſt reſiduum, ... electuarii, quod mitto, facile reſtingvetur, viribus etiam reſtaurandis conveniens, ſi ſingulis matutinis magnitudine nucis juglandis nondum decorticatæ aſſumatur. Optimum erit virium jacturam alimentis boni nutrimenti & facilis concoctionis reſarcire. Man muß die verlohrne Kräffte itzo mehr in Küch- und Keller/ als in der Apotecken ſuchen. Intelligenti ſatis. Vale. Dab. Colbergæ d. X. Martii Anno M. DC. LII.

R. *Conſerv. rad. Cichor.* ℥iiij.
roſar. rubr. ℥ij.
Condit. lact. hiſpan. ʒvj.
flor. citri ℥β.
Specier. diatrionſantal.
diarrhod. ana ʒj.
Confect. Alkerm. ʒij.
M. cum ſyrupo acetoſit. citri q. s. F. Electuarium

EPISTOLA XII.

De morbo Ungarico.

Ad

Magnificum & Nobiliſſ.

DN. HENNINGUM BORCKEN.

Hoch-Edelgeborner/ Geſtrenger Herr Land-Rath/ beſonders günſtiger Herr uñ Hochgeehrter Freund/ was derſelbe wegen der Kranckheit/ ſo ſich antzo ihres Ortes hin und wieder ereignen thut/ an mich gelangen laſſen/ habe ich aus deſſen eingehändigtem Schreiben zur Gnüge erſehẽ und kan nach fleiſſiger Erwegung aller angezeigten Umbſtände nicht anders judiciren als daß es die itzt gras-

graſſirende Sucht ſo mans ins gemeine die Haupt oder Ungariſche Kranckheit nennet/ſeyn müſſe. Dieſe aber iſt eigentlich ein hitziges ſtetswährendes und etlicher maſſen vergifftes Fieber; daher es auch unter die contagiôs Kranckheiten gerechnet wird. Entſtehet gemeiniglich ex putredine humorum, darzu ſich dann eine malignitât geſellen thut/wie ex vehementia Symptomatum morbi pervicacia & tergiverſatione, &c. Gnugſam zu ſpüren iſt. Die Zeichen/dadurch dieſe Kranckheit mag erkennet werden/ſeynd gemeiniglich dieſe: Erſtlich wird ein Menſch matt und gleichſam zerſchlagen in ſeinen Gliedern/ ſchwermühtig uñ verdroſſen/verlieret den appetit zum Eſſen/ etlichen wird der Mund bitter/bißweilen kömmt ein Froſt und ſchauer/ bald eine Hitze darauf/etliche haben Kopfwehe/Angſt zum Hertzen/Seitenſtiche/ſpeyen Blut aus/ oder haben einen dürren truckenen Huſten/ bluten aus der Naſen/etliche kriegen den Durchlauff/andere ſind gar hart verſtopffet/ bekommen die Bräune und andere Zufälle. Es iſt aber dieſe Kranckheit an ſich ſelbſten gar gefährlich / inſonderheit da nicht bald im Anfang durch bequeme Mittel derſelben begegnet wird.

Derowegen ſo iemand oberzehlte Zeichen / oder etliche derſelben an und bey ſich vermerckte/derſelbe ſoll alſobald zur Eröffnung und Reinigung des Leibes ein bequemes Cliſtier oder lindes purgans gebrauchen und des andern Tages gar frühe einen antidotum dadurch der Schweiß befördert werde/einnehme ſintemal das Schwitzen in dieſer Kranckheit vor das vornehmſte Hauptſtück zu halten/an welchem die gantze Curation gelegen: denn der Schweiß iſt eine univerſalis evacuatio totius corporis,ſo das gantze Geblüt reiniget/die malignitât à centro von der tieffe ad circumferentiam des Leibes herfür und hernach durch die poros oder Schweißlöcher gar heraus treibet; Es muß aber der Schweiß befördert werden durch alexipharmaca, welche putredini & malignitati reſiſtiren/ das Hertze auch beneben ſtärcken und demſelben Schutz halten..

Dieſer Art iſt nun die verordnete Schweiß Lattwerge/ ſo man derſelben ein Quientlein ſchwer mit Cardobenedicten-Waſſer und Rauten oder Roſeneſſig / oder im Mangel deſſen mit andern guten Weineſſig zertreibet / fein warm austrincket und etwa eine halbe Stunde damit ſchwitzet. Nach dem Schweiß ſoll man den patienten mit warmen Tüchern wol abreiben und ihm eine kühlende Labung oder Stärckung zu Erfriſchung des Hertzens eingeben als irgend einen kräfftigen Gulp von Roſenborragen oder Sauerampffer-Waſſer gemacht/darunter etliche

oder Tröpfflein von Spiritu ⊖-li oder Ⓢ mit Berberes-Johannes-Träublein oder Citronen-Safft vermiſchet ſeyn. Inſonderheit iſt das verordnete Säfftlein ſub. lit. E. und in dieſem Fall gar eine Edle Stärckung / und ſoll der Krancke faſt alle drey oder vier Stunden etwa ein Paar ſilberne Löffelvoll davon einnehmen. So kan man ihm auch unterweilen friſche Citronen mit Zucker geſchelet zu eſſen geben. Hierbey iſt zu erinnern / daß man die verordnete Schweiß-Lattwerge oder an ſtatt derſelben hierbey verſchriebenes Schweißtränckein oder die Confectionem Orvietanam faſt alle Tage / aber ja über den andern gebrauche / und allezeit mit den ſtärckenden und kühlenden Säfftlein das Hertz dazwiſchen labe / und ob Patient ſchon nicht ſchwitzen könne / ſoll er dennoch obverzeichnete Schweiß-Artzneyen fleiſſig gebrauchen. Starcke Purgationes ſind in dieſer Sucht ſchädlich; denn dieſelben das tobende und wütende Geblüt nur mehr und mehr turbiren und den Leib ſchwächen: Doch ſoll der Leib durch bequeme Cliſtier oder gelinde purgantia, da Verſtopffung iſt / offen gehalten werden. Aderlaſſen iſt poſt diem quartum nicht mehr nützlich und muß auch im Anfang gar vorſichtig geſchehen / wann Patient nicht ſehr Blutreich / iſt faſt ſicherer, daß man es bleiben laſſe / es wäre dañ daß groſſes ſtechen in den Seiten verhanden wäre. Die vornembſten Symptomata oder Zufälle / ſo ſich bey dieſer Kranckheit finden / ſind Hauptwehe / Unruhe und übriges Wachen / groſſer Durſt / böſer Halß / Bräune vieles Naſen-bluten und Durchlauff ꝛc.

Dieſen allen wie man begegnen könne / iſt in meinem Teutſchen Tractätlein de febribus malignis zu finden. Vor das Seitenſtechen aber kan man einen oder zwey Löffelvoll Süß-mandel-Oehl in Cardobenedicten oder Epheu (hedera arborea genandt) Waſſer gebrauchen / und hernach eine Blaſe mit Cammillen-Oehl gefüllet fein warm auf den Orth / da der Schmertz iſt / legen. Auch ſoll Patient von der verzeichneten tinctur öffters trincken und alſo fort im Anfang venam in brachio lateris oppoſiti eröffnen laſſen.

Sonſten muß Patient in guter diet gehalten werden / und mit geſunden Speiſen Krafftmüßlein / Süpplein von Eyern / Jure conſumato caponis und dergleichen reficiret werden. Pro potu ordinario ſoll Patient ein gutes Gärſtenwaſſer mit ein wenig Spir. ⊖li zugemiſchet / oder decoctum cornu cervi, cum ſucco citri gebrauchen: Bey dem Eſſen kan man einen Trunck Bier thuen / Wein aber iſt ſchädlich.

Dieſes habe ich in Eile dem Herrn Land-Rath zur Nachricht auffſetzen wollen. Der Barmhertzige gütige GOTT wolle E. Gſtr. und die Ihrigen vor dieſer gefährlichen Sucht und allen andern Unfällen gnädig bewahren; Da Er aber dergleichen über ſie verhengen ſolte/zu verordneten mitteln Krafft und Segen geben auch dieſelben zu erfreulichem effect und guter Geſundheit gedeyen laſſen/umb Chriſti Willen.

R. *Herbar. malv. violar. parietar.*
Endiv. ana Mj.
Flor. chamemel.
Sambuc. ana Mß.
Radic. alth. ℥ß.
Sem. 4. frig. major ex cort.
ana ʒj.
Paſſul. minor. ℥iß.
Coq. ex s. q. aq. commun.
Colat. R. ℔j. *Adde*
Elect. lenitiv. ℥ß.
Caß. pro clyſter. ℥j.
Sacchar. Thom. ℥j.
M. F. Enema A.
R. *Decoct. flor. & fruct. ℥vj.*
Ebulliant in b.
Fol. ſen. cl. s. s. ℥ß.
Agaric. ʒij. Colat. R. ℥iij.
Adde Syr. roſar. ſolutiv. ℥ß.
M. F. potiuncul. B.
R. *Diaſcord. Fracaſt. ℥j.*
S. Schweiß-Latwerge auf etliche mahl. *C.*

R. *Succi acetoſell. ℥iß.*
citri ℥j.
Aq. Card. bened. ℥ij.
Diaſcord. ʒj.
Specier. d. hiacynth. ℈ij.
Syr. d. Succo cardueb. ℥ß.
M. F. Potiuncula.
S. Schweißtränckiein *D.*
R. *Vini granat. acidor. ℥iij.*
Rob. berber.
Succi citri ana ℥ij.
Syr. d. rubo Idæ.
de agreſta
de nymphea ana ℥j.
Confect. a kerm. ʒj. M.
S. Kraffſäfftlein *E.*
Vel. R. *Syr. corall. rubr. ℥iij.*
perl. Orient. ℥ij.
Succi citri ℥iij. M.
S. Säfftlein F.

R. *Flor. pap. errat. Mij.*
affunde
Aq. ſcabios. carduben.
heder. arbor. ana ℔j.

Spir. Sulphur. q. s. ad gratam acciditatem. Mixta ſtent in loco calido per ℔. VII. Colentur per manicam Hipp.
In colatura diſſolve.
Syrup. pap. errat. ℥iß.
Succi ſanguiſorb. ℥j. M. S. tinctur.
R. *Ol. amygd. dulc. ℥iij.*
chamemel.
Liliior. albor. ana ℥iß.
M. S. Oel in die Blaſe.

EPI-

EPISTOLA XIII.

De Febri malignâ.

DN. BALDASS. TIMÆO, V.G.

Fratri unico

CHRISTIANUS TIMÆUS, V.G.

Salutem & amorem.

N[illegible] mi Frater, quo loco [illegible] te ſint res meæ, quod [illegible] intervallo nullæ tuæ [illegible] literæ inſolito prorſus [illegible]. Quæſo Te illud tan[illegible] per harum exhibito[illegible] tua me digneris. [illegible] die qui Campenſes hacte[illegible] minenſes nunc exer[illegible] quoque non nemo ſini[illegible] die quinto vitam fi[illegible] de cordis anxietate, ca[illegible] & ſiti queſtus, quarto [illegible] cœpit, quinto ſubito ex[illegible] eſt.

[illegible] Tibi eſt, quæſo hoc [illegible] paulo fuſius literas [illegible] [illegible] recenſione.

[illegible] in Hortu[illegible] [illegible], vocatus, liben[illegible] compare[illegible] proxima die Solis, [illegible] Synaxeos u[illegible] [illegible]. Nullum ta[illegible] [illegible] conventum hunc [illegible], quod [illegible], alia quidem [illegible] conſilium expeto, [illegible] propunenda mo-

ram verò vix ferentia: Vale frater unice & amiciſſime ſalve una cum conjuge & liberis. Dab. Treptoæ d. VII. Maji Anno M. DC. LIX.

DN. D. CHRISTIANO TIMÆO, V.G.

Fratri dilecto.

BALDASSAR TIMÆUS, V.G.

Salutem & amoris fraterni conſtantiam.

Parcus in ſcribendis ad Te literis quod ſum, dilecte Frater & infrequens non eſt quod mireris, cum ſcias, me dies noctesque ferè nihil aliud agere, quàm ſcribere. Vehementer enim & quandoque importunius à multis urgeor & parum abeſt quin

- - - Sollicitæ capiant me tædia vitæ,

Niſi mentem ad ſummi Numinis immutabile illud decretum reflecterem, quo voluit, ut in ſudore vultus veſcamur pane noſtro. Erit aliquando quæ nos in requiem reponat dies, modo interea fungamur officio nec laborum ſimus impatientes, ad labores nati.

Morbus qui elapſo autumno & ſub initium hyemis Campenſes exercuit febris maligna uit, per contagium eò delata, quanquam minus pernicioſa cum plerique ſumtis alexipharmacis eve-

evaſerint; Nihil autem ex horum cenſu magis profuit Diaſcordio Fracaſtorii, cujus ſolius uſu bis terve repetito, multi convaluerunt: Dedi robuſtioribus drachmas duas, reliquis unam ex aceto meo Bezoardico, cum aquis calendulæ, ſcabioſæ & carduibenedicti dilnto, provocatis ſub lecto ſudoribus. Nonnullis pari ſucceſſu exhibui emulſionem Cratonianam ex ſeminibus Carduibenedicti napi, &c. addito pulvere meo contra Febres malignas, cujus deſcriptionem habes in penuario meo pharmaceutico titulo de anti febriticis.

Pro reſtingvendo calore febrili & ſiti roborandisque viribus præſcripſi Jolabium ex aquæ acetoſæ, borraginis endiviæ, &c Si major eſſet malignitas, quàm cordis anxietas & inquietudo oſtendit, exhibui decoctum cornu cervini cum ſyrupo acetoſitatis citri affatim bibendum repetito ſubindè & alexipharmacorum uſu. A phlebotomiâ & purgantibus abſtinui, quod ſciam in malignis plerumque eſſe exitioſa. Alvum tamen clyſteribus ex ſuppoſitoriis in officio detinui & ſic plerique imò omnes, qui alexipharmacis tempeſtive & inter initia uſi ſunt, DEI gratiâ evasère.

Fuſiùs de hoc diſſerere, uti vis, nunc quidem impedior, Stargardiam vocatus, faciam tamen quamprimùm rediero.

1. Das weiſſe Marck genoſſen / befördert die Urin / und treibet den Sand und Nieren-Stein. Galenus lib 8. de ſimpl. med. facult. Fructus tribuli lapides in renibus comminuit.

Plinius lib. 22. cap. 10. Tribulus potus calculos frangit. Dioſcorid. lib. 4. cap. 14. Semen, hoc eſt, medulla tribuli, dum recens bibitur, calculoſis juvamentum adfert. Alfonſus Mareſcottus lib. de ſimpl. medicam.

Pulvis tribuli in vino potus ad urinam ſanguinolentam & arenoſam pellendam valet. Matthiolus, das Marck von den Waſſernüſſen in ſtarckem weiſſen Wein getruncken / iſt gut vor den Stein.

2. Der Safft aus den Blättern gepreſſet iſt gut vor hitzige Augenflüſſe und Geſchwüre / als auch ſonſten wieder andere inflammationes und hitzige Geſchwulſten / ſo man nur die Blätter aufleget.

Dioſcorid. citato loco: Succus tribuli nobilibus collyriis miſcetur. Plinius. Succus ex tribulis colligitur ad oculorum medicinas: Eſt enim refrigerantis naturæ & ideo utilis ad inflammationem collectionesque.

3. Mit Honig-Waſſer gekocht und damit gegurgelt / heilen ſie fein und ſaubern allerley Mund und Halß-Geſchwüre / desgleichen das Zahnfleiſch und die Schwämme der Kinder. Dioſcorid. cit. loco. Tribulus gingivis & faucibus opitulatur, melle addito aphtas, id eſt, oris pu-

putredines tollit. Plinius: Ulcera per ſe erumpentia & præcipuè in ore cum melle tribulus ſanat,item tonſillas.

4. Das Marck der Waſſernüſſe dienet auch für den Durchlauff oder Bauchfluß / ſo man deſſen ein gut Theil zuvor auff einem gelinden Kohlfeur geröſtet auffiſſet oder pulveriſiret in Muſcaten Waſſer oder anderm appropriato liquore gebrauchet. Virtus enim tribuli eſt ſtiptica. Dioſcor. cit. loco & Plinius : Nucleus tribuli ventrem contrahit lib. 22. c. 10.

5. Die Waſſernüſſe ſind auch gut vor das Gifft und Biß der Schlangen/ſo man das Marck in einen guten ſtarcken Wein inwendig gebrauchet und die Bletter auswendig aufleget : Dioſcorid. Tribulus bibitus & impoſitus morſibus venenatis occurrit. Idem : Tribulus convenit morſibus Tyri.

6. Man kan auch in Zeit der Noth von dem Marck der Waſſernüſſe / Mehl machen und Brod backen/eben als von den Caſtanien. Dieſes haben die Thracier / ſo an dem Fluſſe ſtrymon wohnen/offt practiciret/denn als ſie die Menge dieſes Gewächſes alda vernommen / haben ſie das grüne Kraut oder Blätter vor ihre Pferde zum Futter gebrauchet/und aus dem ſüſſen Marck vor ihre ſelbſt eigene Speiſe Brod gebacken : Plinius cit. loc. Dioſcor. lib. 4. cap 16. Thraces ex ſemine tribuli faciunt panem. Nam ipſum eſt dulce & nutrit & magnum augmentum facit in ſpermate. Joan. Bruyerinus de re cibaria lib. 8 cap. 86.

7. So man das Kraut in Waſſer kochet/und die Kamer damit beſprenget/ müſſen alle Flöhe davon ſterben/ daher ſchreibet Dioſcorid. Elixatura tribuli pulices enecat. loco allegato.

Dieſes iſt nun vornemlich der Waſſernüſſe Nutzbarkeit / nun iſt auch zu mercken ihre Schädligkeit/welche mehrentheils darinnen beſtehet / daß ſie den Leib verſtopffen/und viel flatus oder Blähungen verurſachen. Dieſes aber kan man verhüten/ſo man ſie zuvor ſie in Saltzlacke kochen läſſet/und hernach mit Zucker oder ein wenig Pfeffer vermiſchet eſſen thut.

Dieſes habe ich in wehrender beſchwerlicher blocquirung der Stadt Colberg bey müſſiger und langwierigen Abends und Winterszeit conſcipiren wollen/damit ich etwas zuſchreiben und der Herr zu leſen hätte. Da nun etwas mit untergelauffen / ſo dem Herrn zu wiſſen nützlich oder zu leſen annehmlich/hätt ich mich deſſen zu erfreuen/wo nicht/ſo habe ich dennoch die Frage beantwortet und mir ſelbſt einen langen Abend kurtz gemachet.

EPISTOLA VI.

De Auro potabili.

VIRO Nobiliſſ. & Excellentiſſ.
DN. BALDASS. TIMÆO V.G.
AUGUSTUS HAUPTMAN.
S. P. D.

Non immemor ſingularis tuæ

in me benevolentiæ quam abundè ſatis cùm alibi, tum præcipuè ad Salubres Hornhuſiæ fontes mihi conteſtatus es, ſæpiuſculè mecum deliberavi, quomodo aliquali ſaltem à me debito gratitudinis ſigno obſervantiam & ſtudia mea officiorumque promptitudinem Excell. tuæ declararem. Occaſionem autem aliam hucusque non inveni præter hanc ipſam, quæ controverſiam de auro potabili inter me & Dethardingum hactenus agitatam, denuo reſumendam, refutandam & refutationem genuinis Chymiæ cultoribus dedicandam eorumque judiciis accuratioribus & cenſuræ ſubmittendam monuit. Inter hos cùm Te, Vir Excellentiſſime præcipuum agnoſcam, placuit ſcriptum hoc ſerum, quod ſerium ob cauſas in ipſo opuſculo delectas appellare viſum eſt, Nobilisſimo nomini tuo inſcribere, firmâ ſpe fretus, vel propter materiæ excellentiam non ingratum fore munuſculum per ſe quidem levidenſe & chartaceum. Quod ſi & tua quâ polles authoritate & judicio controverſiam hanc dirimendam cenſes, equidem non repugnabo, modo errorem agnoſcat adverſarius. Vale, Vir Excellentisſime, & tui amantem redama Hauptmannum. Dab. Lipſiæ d. XVIII. Januar. Anno M. DC. XLIX.

Viro Clariſſ. & Doctiſſimo
Dn. AUGUSTO HAUPMANNO
Chymiatro experientisſimo.

BALDASS. TIMÆUS V. G.
S. P. D.

Quod ſeriùs & quaſi poſt liminiò tuis reſpondeam, Vir Clariſſime, non oblivione pactæ inter nos ad Hornhuſiæ fontes amicitiæ, ſed ſpe potiùs mutui congreſsûs & alloquii factum eſt, dum ad thermas Carolinas cum Illuſtri quodam viro excurrere propoſueram. Sic enim & Lipſiam veſtram & Te, Amice deſideratiſſime, ſalutandi fuisſet occaſio;

Nunc abrupto per impedimenta quædam hoc itinere, quod coràm fieri nequit, calamo expediendum duxi, gratus imprimis pro libelli tui doctiſſimi nuncupatione nomini noſtro ſacrâ, ex qua quidem ut haud obſcura tuæ erga me ſeu obſervantiæ ſeu amoris elucent indicia, ſic reciproci affectûs conſtantiam officiorumque quovis loco & tempore præſtandorum promptitudinem ſanctè ſpondeo. Quantum verò ad litigium, quod tibi cum Dethardingo intercedit, attinet, doleo tam prolixè & acriter de controverſiâ, quam vel unius aut alterius diei labor examinato ſcilicet diligenter proceſſu & modo, quo aurum ſolvi & potabile reddi poſſe tradit Agricola, dirimere potuisſet, hactenus dimicatum eſſe, nec finem contentionis adhuc apparere exacerbatis nimium ab utraque parte animis. Monui nuperrime cùm Sedini eſſem & novi quid in hanc rem ſub prælo verſari intelligerem Dn.

Dethardingum, ne Camerinam hanc ulteriùs moveret, imprimis ut honori aliorum parceret & ſine morſu rem ipſam, ſi aliter fieri non poſſet, tractaret, nec refractarium deprehendi.

Nunc cùm & Te, pacis & concordiæ alioquin amantiſſimum, arbitrio noſtro ſubmittere percipiam, non dubito quin componi negotium hoc poterit, in quo quidem operam & fidem meam tibi polliceor, Teque, Amice ſuaviſſime, ex voto valere jubeo. Dab. Colbergæ Kalendis Martii An. M. DC. XLIX.

EPISTOLA VII.

De raris quibusdam in ſectione Cadaveris Illuſtriſſimæ Comitiſſæ de Hodiz &c. obſervatis.

Hochwolgebohrner Herr Graf/ Gnädiger Herr / demnach E. Gräfl. Gn. von jüngſt gehaltener exenteration und ballamirung Ihrer wolſelig verſtorbenen hertzlieben Gemahlin einige ausführliche Nachricht zu haben begehren: Als habe ich meiner Schuldigkeit nach / folgendes hiemit zu Papier bringen uñ E. Gräfl. Gn. überſenden wollen.

I.

An den euſſerlichen Gliedern habe ich gantz keinen Mangel befunden / auſſer daß eine merckliche atrophia & tabes omnium partium zu ſpüren war / ſonderlich an den partibus muſculoſis.

II.

Nach Eröffnung des Leibes fand ich das omentum und die Gedärme gantz gelb uñ ab humore bilioſo ſtarck tingiret.

III.

Der Ventriculus & inteſtina waren von vielen flatibus und Winden ſehr diſtendiret und aufgeblaſen und mit einem gelben Sero erfüllet / eben dergeſtalt / wie das jenige war / welches Ihr Gräfl. Gn. des Tages vor ihrem ſel. Abſchied zu mehrmahlen von ſich gebrochen.

IV.

Das meſenterium war voll harter groſſer uñ ſchwartzer Knoten / derer etliche gröſſer als eine Walnuß anzuſehen: in Eröfnung derſelben / floß ein gelbes Serum daraus / etliche gaben eine ſchwartzlechte Feuchtigkeit von ſich.

V.

Hierauf beſahe ich die Leber / welche gar ſchön uñ gut von Farben / doch in parte concava mehr als gewöhnlich bile ſuffundiret. Die Subſtantia hujus viſceris war an ihr ſelbſt laxa & mollis, fand auch nicht in den vaſis einige Verſtopffungen oder verhaltene materie, die veſica biliaria & canalis ſive ductus biliarius waren intensè flavi aber dennoch faſt ledig uñ in einandergefallen.

VI.

Hergegen war der Miltzen viel gröſſer als er von Natur ſeyn ſolte hoch uñ dicke von vielen Farben / gelb grün ſchwartz uñ harte / in ſectione floß ein humor melancholi-

[illegible] heraus / welcher einen ſtarcken ſtinckenden/ſauren Geruch hatte.

VII.

Die Nieren waren überaus groß; in dextro befand ſich ein langer Stein welcher mit einem Ende in rene mit dem andern in uretere ſteckete / auch waren die ureteres gantz voll kleiner Steine wie Senffkörner groß. In ſiniſtro rene war auch ein Stein etwa als eine Haſelnuß groß; Sonſten hatten die Nieren eine unnatürliche ſchwartzbleiche Farbe.

VIII.

Die Blaſe war ſehr klein/und faſt nicht gröſſer als eine Indianiſche Nuß mit gar wenigem uñ ſtinckendem Waſſer.

IX.

Die ureteres waren auch klein uñ ſehr hart an Farben ſchwartzbleich: Die Cavitas mit wäſſerigem Blut erfüllet. Die vaſa uteri gar klein uñ in einander geſuncken.

X.

In medio ventre befand ſich die Lunge gantz ungeſtalt faul/und mehrentheils conſumiret und waren alleine die extremitates an den blättern lobis annoch unverletzt/ Dannenhero die Lunge ihre actiones nicht mehr verrichten uñ weder die Lufft ad cordis ventilationẽ an ſich ziehen noch die fuligines expelliren kõnen/welches dañ nicht die geringſte Urſache des Todes geweſen.

XI.

Das Hertz war ſehr klein und gleichſam verwelcket/flaccidum & tabidum: Sonſten war in deſſen vaſis & cavitatibus nichts unnatürliches zu finden.

XII.

Der Halß uñ Zunge waren gar dürre/ trucken ſchwartz angelauffen und zerkerbet.

XIII.

In ſupremo ventre als im Haupt/ waren ſo wol die partes continentes als contentæ alle natürlich conſtituiret geſund und gut / alſo daß unnötig hiervon particulariter einigen Bericht zu geben.

Und dieſes iſt es was ich in ſectione vornemlich habe obſerviren können. Die Urſachen des Todes hat man hieraus leichtlich abzunehmen: Weil auch hiervon E. Gräfl. Gn. bald nach Eröffnung des Cörpers ſattſam Bericht gethan / achte ich ſolches allhier zu wiederholen vor unnötig/wünſche allein/ der grundgütige Gott wolle dem verblichenen Cörper eine ſanffte Ruhe und am Tage des Gerichtes eine fröliche Vereinigung mit der Seelen / uns ſämtlich/ wenn es ſeinem Göttlichen Willen gefällig eine ſelige Nachfahrt verleihen / und inmittelſt E. Gräfl. Gn. mit dem Geiſt des Troſtes uñ der Gedult aufrichten/ und vor allen andern Trauer- und Unglücks-Fällen zu langen Zeiten in Gnaden bewahren wolle. ꝛc.

EPISTOLA VIII.
De cadavere exenterato.
Viri Magnifici & Nobiliſs.
DN. C. A. B.

Literas tuas Generoſe & Nobiliſſime Vir, quibus ſingularum partium in defuncti C. A. B. cadavere nuper exenterato, conſtitutionem ſcire deſideras, recté accepi, & ut verum fatear, non ſine condolentis animi adfectu legi, miſeram mortalium conditionem deteſtatus, quos improviſa Fati vis rapit, quando libet. Verè olim Auguſtinus: Vita noſtra heic eſt quaſi homo in domo aliena, neſciens, quâ horâ Patronus dicat; Vade foras, quia non eſt domus tua. Et neſcio quis veterum iniquitatem Fatorum accuſat, quod optimum quemque inter nos diurnare non ſinant; quanquam, ut Senecæ placet, dolendus non eſt, nec gravi urgendus nece, Virtute quicunque fatis iter præripuit. Et quid attinet, ut Valerius Maximus habet, humano dolori indulgere aut divino Numini invidiam fieri, quod immortalitatem ſuam nobiscum partiri noluerit. Æterna lex à principio dicta omni huic mundo, naſci, denaſci, oriri, aboriri, neç quicquam ſtabile & firmum Arbiter ille rerum voluit præter ſeipſum. Poſitum eſt homini ſemel mori; quapropter feramus hanc neceſſitatem, & ſpe melioris vitæ dulcoremus iſtam amaritudinem; Veniet iterum, quæ nos in lucem reponat, dies, ut eleganter olim Seneca. Sed ut ad quæſita reſpondeam.

1. Omentum glanduloſum & adenibus undique refertum, adeo ut nullâ ex parte membranoſum appareret, crasſum valde & tumidum; In parte dextrâ circa regionem hepatis putrefactum & lividum.

2. Hepatis parenchyma ſcirrhoſum, tumidum variisque maculis nigricantibus & gryſeis diſtinctum

3. Veſicula fellis humore nigerrimo, & bile atrâ materiâque quadam tartareâ, ſabulosâ & friabili turgeſcebat.

4. Ren dexter totus erat corruptus & putridus. Siniſter glandulis ovi columbini magnitudinem adæquantibus undique obtectus & quaſi obvolutus.

5. Pulmones toti flaccidi & variegati.

6. Partes circumjacentes proximè hepatis gibbam partem, ut & renem dextrum putridum, planè erant corruptæ.

7. Cor, lien, ventriculus, inteſtina & reliquæ partes naturaliter fuerunt conſtitutæ.

8. Cranium aperire ſupervacaneum videbatur reclamantibus imprimis quibusdam ex adſtantibus amicis.

Hæc

Hæc quicunque acuratius perpenderit, facilè vel me tacente conjiciet, quæ morbi & ſymptomatum omnium & mortis cauſa exſtiterit.

Ego enim viſcerum judico fuisſe corruptionem ut humanâ arte ſervari diutius non potuerit κακόσπλαγχνος Æger. Vale & mori memento.

EPISTOLA IX.

De fontibus Hornhuſiæ & aliis quibusdam

Viro Excellentisſimo.

D. JOHANNI SCHONERO Sereniſs. Suecorum Reginæ Archiatro & Profesſori Ordinario in Academiâ Gryphiswaldenſi, Facultatis Medicæ Seniori & Decano. &c.

BALDASS. TIMÆUS. V.G.

S. P. D.

Non dubito, Excellentiſſime Vir, Fautor & Amice fraterrime, privilegiorum meorum fidei tuæ nuper commiſſorum confirmationem ab Illuſtri Dn. Campimareſchallo pridem quin impetraveris, at quæ mora fruitione corundem me excludat, ignoro. Dicam oblivioni tuæ ſcribere nefas puto, ob amoris inter nos mutui firmitatem.

Occaſio, quod vereor, ſi deeſt, mitti posſunt ſeminum ad proxenetam noſtrum Dn. Georgium Dedanlingum, cujus operâ etiam hæ ad te veniunt. Si quid hoc nomine expenſum fuerit, refundam libens & grato animo. Dn. Blaufuslero ſalutem adſcribo & carmen, quod menſe Septembri unà cum literarum faſciculo in Sveciam deſtinavi, ratus illum cum Illuſtriſſimo noſtro jam pridem illic appuliſſe, poſtliminiò quaſi transmitto novis ejus honoribus ex animo gratulatus.

Multa ſparguntur de adverſiſſimâ Dn. Campimareſchalli valetudine, præſertim ab his, quibus fontes ſoterii Hornhuſiæ ſordere videntur etiam ex noſtro ordine. Mihi verò itineris adeò calidè jam ſub diſceſſum meum inſtituendi mora non parum ſuſpecta eſt.

Quid ſit, quod Excell. ſuam tam diu detineat, paucis ſignificare, ne quæſo moleſtum ſit. Vale, amiciſſime Fautor, cum ſuaviſſima Conjuge & liberis. Scribo præcipiti calamo, cui bonus ut ignoſcas, oro. Colbergæ d. XV. Octob. Anno M.DC.XLVI.

Nobili & Excellentisſimo.

DN. BALDASSARI TIMÆO V.G. Sereniſſimi Electoris Brandenburgici Archiatro Hæreditario in Neugarten &c. Amico & *Fratri dilecto*,

JOHANNES SCHONERUS D.

S. P. D.

A quo Privilegia tua, Excellentiſſime Dn. Doctor, Amice & Fautor omnium ſuaviſſi-

ſuaviſſimè fidei meæ commiſiſti, nihil prius duxi, quàm ab Illuſtri Dn Campiduce TORSTENSONIO illorum confirmationem impetrare atque hoc ipſo ſtudium & operam meam tibi conteſtari. Statim igitur ubi primam cum Excell. ſuâ loquendi occaſionem altero ab adventu ejus ad nos die captavi præmiſſis curialibus & officioſiſſimâ tuâ ſalutatione literas tuas quas ad manus habebam Exc. ſuæ exhibui & exemptionis & immunitatis tuæ tum talis tum perſonalis ab omnibus oneribus civilibus & militaribus renovationem & ratificationem obnixè tuo nomine expetii. Illuſtris Dominus, pro ſingulari ſuo in te meritaque tua affectu petitioni tuæ deferre haud diu cunctabatur. Vix enim literas aperuit & ſubſcriptiones recognovit, cum propter tuam in medendo & dexteritatem & fidelitatem ſibi & plerisque exercitus Svecici Præfectis abundè conteſtatam æqvum fore & juſtum cenſuit, ut libertatibus his & longè majoribus gauderes, juſſitque me eas Secretario tradere, ut ſecundum earum tenorem novas conficeret. Pro clementi hoc reſponſo, tuo meoque nomine gratias Excell. ſuæ egi quàm maximas, ac humillima noſtra & in omnem opportunitatem promptisſima officia ſubmisſe detuli. Confeſtim vero Domino Secretario Excell. ſuæ mifla & mandata aperui, literas tuas exhibui, qui protinus officium hoc promtiſſime in ſe recepit, cujusque quousque ſperabam ob cumulum negotiorum, quæ in ultimum abitus momentum protracta erant, in hanc quam vides formam privilegium tuum ejusque confirmationem conjecit & Excell. ſuæ ſubſcribendum ſuppoſuit. Hæc dum curabantur, incidit in affectum ſuum arthriticum Illuſtris Dominus, qui intra paucos dies omnes corporis artûs ita occupavit, ut nec pedem nec manum movere, multò minus calamum comprehendere per octiduum valeret.

Hinc illa prima mora & procraſtinatio orta eſt. Obſervavimus interim commoda quævis momenta tandemque ſubſcriptionem impetravimus. Obtuli Dn. Secretario pro præſtitâ operâ munuſculum, ſed honeſtiſſimè id declinavit repudiavitque, ſeque hoc libentiſſimè ad conteſtandam ſuam benevolentiam peregisſe ſignificavit, & ut officioſiſſimè Te ejus nomine ſalutarem rogavit. Amanuenſibus itidem laboris præmium exhibui, ſed & hi humaniter illud recuſarunt, invitis autem obtrudere ſuperfluum duxi; ſed mutuum tuo meoque nomine repromiſi ſtudium.

A quo nunc literas has domi meæ habui non minus quàm antea ſollicitus fui de illarum tutâ & ſecurâ ad Te transmiſſione: Nolui enim ordinariis tabellionibus per tot ambages cum periculo eas credere,

dere, quæ mihi tàm fideliter erant traditæ. Spem enim mihi fecerant certiſſimam brevi in patriam ſuam iturum. Civis noſter Daniel Gadebuſch Treptovienſis, & cum eo tutiſſimè eas ad te mittendas putabam; Sed hic non de die in diem, ſed de hebdomate in hebdomadam iter ſuum procraſtinavit, tandem animum ob aëris inclementiam totus mutavit; Sic ego ſpe meâ fruſtratus, & Dn. frater juſto diutius literis ſuis nullâ utriusque culpâ privatus.

Interim XVIII. Octobris mane Illuſtris Dn. Campi-Mareſchallus navem conſcendit & ſecundo ſpirante Africo anchoras ſolvere juſſit. Proficiſcebamur cum Excell. ſua omnes in proximum prædium maritimum in Inſula Rugia ſitum, vulgo neue Jahr Schantze. Dn. Generalis Forbus, Dn. Lilienſtröm, Dn. Halenius, & ego cum aliis, ibique pranſi ſumus, finitoque prandio Excell. ſuæ valediximus, & à diſceſſu noſtro vela iterum ſolventem vidimus, valedictoriosque bombardarum tormentorumque ſonitus læti audivimus. Redux illa veſpera tuas noviſſimas & gratiſſimas percommode accepi, quibus apprimè privilegia tua deſiderabas. Votiva carmina in honores Doctorales D. Blaufelderi ſerius transmiſſa excuſabas, & de Exc. ſuæ morbo certior a me fieri volebas. Ego, quod de his primum temporis ex occaſionis ratio exigebat, ſtatim ad Dn. Blaufelderum literas dedi; ob adverſum enim Caurum & Cæciam per octiduum ferè Dn. Campimareſchallus in tutiore ſtatione circa portum Gryphiswaldenſem intra anguſtias freti noſtri ingenti cum tædio detinebatur, & carmina tua & Dn. Fratris tui ad illum miſi, & Te, jamdudum illa ipſa in Sveciam miſiſſe ſcripſi, quin & moram excuſavi. De morbo Illuſtris Dn. Campimareſchalli hæç paucis habe: A venationibus cœlo valde intempeſto habitis XVIII. Septembris Stralſundum venit Exc. ſua, & quod facilè ſuſpicamur ab equitationibus & vehementibus illis commotionibus aëris iniquiore conſtitutione de defluxionibus ad omnes articulos, maximè verò ad ſcapulas & coxas conqueri cœpit, graviſſimo eoque ipſo affectu ἀθρόως vires ſumente & per totum corpus omnesque ferè articulos ſe diffundente, lecto affigitur per integros duodecim dies manuum pedumque operâ & ope ferè privatus.

Fuit hic paroxyſmus univerſalis ferè, ſed nec cum tantis doloribus, nec cum tam gravibus ſymptomatibus & vigiliis, anxietatibus, pectoris anguſtiis, vomitionibus & intenſa ſiti, ut ante fontium Hornhuſiæ uſum, ut noſti, factum. Per integrum morbi decurſum quotidie Exc. ſua aquas fontis modò dicti ad menſuram unam ſeu libras duas bi-

biciisque ſitim optimè ſedavit, ſemel aut bis ſenæ foliis in juſculo exhibitis inſcia uſa, eſt ad alvi ſolutionem. Cæterum dolores, quos habebat obtuſos, & humores ſolo illo emplaſtro tibi noto demulcebantur, à petiis aquis Hornhuſanis madentibus tepidè applicitis tumor in dextri pedis concavo à ſuppuratione rumpebatur majorque copia puris ex concreti ſolidi albiſſimi tartari effluxit, quam unquam antea magna cum allevatione & totius metapodii detumeſcentia. Poſt dies duodecim circumcirca iterum ſe movere, pedes & digitos contrahere & extendere, calamoque manum admovere, cibumque aſſumere tentavit. Aquarum verò Hornhuſiæ uſum meo ſvaſu nunc intermiſit; quia non adeò recentes aquæ ſuppetebant, nec Oeconomia ventriculi diuturniorem harum uſum admittere videbatur. Intermiſſis igitur his aquis & obſervato exquiſitioris diætæ regimine paulatim ad ſe redire, vires reſumere, veſtes induere, & menſæ in cubiculo aſſidere, tandemq; in hypocauſtum prodire, & itineri tàm diu ob ſolum morbum hunc ſuſpenſo & dilato ſe accingere cœpit. Sæpius verò & ipſe Dn. Campimareſchallus & Generoſiſſima ejus conjux & Chirurgus & cubicularius ſibi invicem gratulabantur de paroxyſmi hujus levitate, lenitate & inſolita brevitate, hæcque omnia aquarum prægreſſo & continuato uſui accepta ferebant. Fruſtra igitur naſutuli illi iniquiores fontium Hornhuſiæ ſugillatores ex hoc capite ſaluberrimis aquis maculam aſpergere ſatagunt. Plura de hoc themate adderem, niſi epiſtola ſub manu excreſceret & jam ſecundam ferè impleret paginam. Hac nocte duo Dani remiges, quibus cuſtodia oneratæ navis à Nauclero demandata fuit ciſtam Illuſtris Dn. Campimareſchalli, in qua ſuppellex argentea & aurea prorſus nova & ferè regia aſſervabatur, perfregerunt, magnam vaſorum argenteorum aureorumque copiam abſtulerunt, & nocte illâ beneficio ſcaphæ evaſerunt. Supereſt, quod Te maximè tangit, nimirum privilegiorum tuorum tranſmiſſio, quæ quidem ob moram diuturniorem ſuſpecta tibi videbitur. Sed de induſtria hoc factum eſt: Conſultius enim duxi, non niſi fido amico ad vos recta tendenti eas concredere, atque ita de manu in manum tradere. Commiſi enim ea Dn. Doctori Bartholomæo Hornio, qui ut ulterius recte ad Te perferantur, ſe curaturum ſancte promiſit, & ſic me extra omnem moræ culpam apud Dn. Fratrem futurum eſſe confido. Deſcriptionem aquæ vitæ Anglicanæ, quam ibi Usque-boot vocant his ipſis incluſi: Non eſt quidem operoſa ſed tamen in frequentiſſimo uſu.

℞. Spir. vini ℔ xxiv. Infund. liquirit. raſ. ℔j. uvar. paſſar. ℔iß.

Cinam.

Cinam. ℥j. Caryophyll. ℥ß. Macer. Zingiber. ana ʒij. ſtent infuſa per dies Septem. Colatura edulcoretur Sacharo.

Deſcriptionem aquæ vitæ Anglicanæ Tibi â Dn. Cotonello Fleetwoodt communicatam, ut & eſſentiæ lumbricorum & arcani contra arthritidem vagam ſcorbuticam avidè exſpecto. Si igitur tantum temporis gravioribus curis & occupationibus ſurripere potes, paucis reſcribe, & ſi quid in arte noſtra novi ab eo tempore Tibi obtigit, amicè communica. Idem paribus officiis compenſabo. His Te, vir Excell. cum conjuge ſuaviſſima & liberis, quibus ſalutem meo nomine officioſiſſimam dicas velim, divinæ protectioni animitus commendo optimeq; valere jubeo. Raptim Stralſundii die XXIII. Nov. An. M. DC. XLVI.

Excellentiſſ. & Clariſſ.

DN. JOHANNI SCHONERO Sereniſſ. Reginæ Sveciæ Archiatro & Medicinæ in Alma Gryphiswaldenſi Profeſſ. celeberrimo &c.

BALDASS. TIMÆUS V. G.

S. P. D.

SUaviſſimas tuas Excellentiſſime vir, Fautor & Amice dilecte, rectè mihi reddidit Clariſſimus Dn. Hornius juxta & privilegiorum meorum diplomata cum annexa Illuſtris Dn. Campimareſchalli confirmatione, in quâ quidem impetrandâ omnem lapidem Te moviſſe intelligo. Veneror in Te hunc affectum fidei & candoris pleniſſimum, nihilq; magis in votis habeo, quàm eundem reciproco amore & ſtudio demereri. Moram, nō eſt, quod tantoperè excuſes: Importunum quippe fuiſſet, cum Furia Zipperlina, ut Fabritius Hildanus loquitur, conflictantem ob rem non adeò magni momenti intempeſtivius urgere, non minus ac temerarium, dubiis Vialibus longo labore parta credere. Sat citò, quia ſat benè.

Quod verò & Secretarius & Amanuenſes gratuitam præſtiterunt operam dexteritati tuæ videtur adſcribendum, quâ omnia tam cautè peracta ſunt, ut plenum Amico exhiberetur beneficium.

Recidivam Dn. Campimareſchalli quod attinet, doleo ſanè laudatiſſimum Heroem & ſeculi noſtri alterum Hannibalem adeò crebris & atrociſſimis articulorum cruciatibus infeſtari:

Et qui tot populos tot fortia mœnia vicit,
Seipſum vincere non poſſe;

Noſti enim quantum ſibi, quantum appetitui indulgeat, quos errores circa victum aliasq; res, quas nonnaturales dicimus, ſubinde committat, adeò ut cruditatibus ſubinde refertum corpus, morbis, debilitatique tot dolorum tormentis articuli, defluxionibus non poſſint eſſe non obnoxii vel ipſo etiam renitente Podalirio.

Gratum verò eſt quod de Hornhuſiæ fontibus refers. Liquido enim exinde conſtat, quanta ſit hujus a-

 quæ

quæ efficacia, utpote quæ extra etiam impoſita callos tophaceos emollire, diſſipare, & in ipſis junċturarum mæandris hærens tartarum potenter ejicere valet. Nihilominus reperiuntur etiam ex noſtro ordine nonnulli, quib' ipſa ſtyx & lethe non tàm formidabiles videntur, ac hi fontes. Equidem uſum eorundem non omnibus fuiſſe ſalutarem, quibusdam etiam exitialem non ſum neſcius.

At quis neget etiam probatiſſimam aliquando fuiſſe noxiam, ſæpè etiam exitioſam, ſi ἀμεθόδως, ſi intempeſtivè, ſi plus minusve fuerit aſſumta, quod totâ die hic factum non ſemel mecum deteſtati ſunt Præſentes Medici, dum plures ſæpè ſub ortum

Luciferi pleno viderunt ore bibentes
Sacri fontis aquas, medius quos Titan & Heſper
Impletos veteris Bachi temetoque madentes
Conſpexere magis, quàm vultu Jupiter udo
Cum pluit aut muſto cum ſpumant præla Falerno.

Vides mi Amice, mi Frater, quàm hallucinentur rerum ex porta eburnea æſtimatores.

Sunt non pauci, qui meam de his fontibus cenſuram ſcripto expetunt; ſed malo quemq; ſuo ſenſu abundare. In gratiam tamen Sereniſſimæ Principis Crojanæ, quæ rerum naturalium curioſiſſima inſtanter & manu ſua me urſit, originem ſitum, naturam & proprietates ipſorum fontium & utendi modum delineavi, cujus ſchema proximè transmittam, neq; enim brevi hoc ſpatio deſcribi potuit.

Cæterum pro communicatione aquæ vitæ Anglicanæ gratias ago, meamq; vel potius Fleetwodianam ἀντίδωρον loco repono:

℞. *Paſſular. minor. damaſcenar.* ℔ iij
Dactylor. enucleat. ℔ ß.
Meliſſ. M j ß.
Rad. angel. ℥ i ß.
Sem. aniſ. ℥ ij.
Nuc. moſchat. No. iiij
Liquir. raſ. ℥ i ß.
Flor. papav. errat. M iij
Cinam. acutiſſ.
Caryophyllor. ana ℥ ij.
Spir. vin. opt. ℔ xvi.

Macerentur per triduum & agitentur quotidie bis vel ter; poſtea colentur. Add.

Aq. papav. erratic.
roſar. ana ℔ j
Sacch. cand. albiſſ. ℔ ij
Moſch. gr. vij.
Ambr. gryſ. gr. xiij. M.

Elixir meum contra arthritidem vagam ſcorbuticam tale eſt:

℞. *Rad. vincetox. Enul.*
ariſtoloch. rotund.
Zedoar. pæon.
Caryophyllat. ana ℥ ij
Summit. ſalv. betonic.
ſerpill. abrotan.

ruta,

rutæ, Chamædryos
Chamæpyt. anthos ana ℥ ß
Spec. diamoſch. dulc.
Dianthoſ
Lætif. Galen. ana ℥ß.
Sem. citr. ℈iiij
Theriac. Androm. ℥ß.
Facul. Ar. ℈iiij.

Redigantur omnia in pulverem ſubtiliſſimum, poſtea affunde ſpir. Vin. malvatic. optimè rectificati ad eminentiam quatuor digitorum. Stent benè tecta in digeſtione per tres dies. Poſtea ſpir. vini abſtrahatur ad conſiſtentiam mellis, reaff. ſpir. vini modò abſtracti

℔ß *Spirit. cochlear.* ℥ij.
Naſturt. ℥j. *rub. Idæi* ℥ß.
Eſſent. lumbricor. ℥iiij

Digerantur per diem & noctem, poſtea diligenter filtrentur & ſerventur pro uſu in vitro. Integram Curationem ſtupendi hujus affectus, ut & alia quædam rara in praxi à me obſervata, quam primum per otium licuerit, candide communicabo: Nec dubito, quin pari fide etiam de tuo nobis aliquantulum ſis elargiturus. Interea ut cum Conjuge ſvaviſſima & liberis quam optime valeas, devote precor Dab. Colbergæ VI. Dec. Anno M. DC. XLVI.

EPISTOLA X.

De Conditura funerum

BALDASSAR TIMÆUS von Güldenklee.

JOHANNI EDWARDO TIMÆO V. G.

Filio dilecto

Salutem & Amorem Paternum.

Modus conficiendi funera, quem ex me ſcire deſideras, dilecte Fili, varius eſt & pro arbitrio Parentum vel Amicorum ſeu Cognatorum inſtituitur. Interdum totum cadaver, omnesque ejus ventres & artus artificioſè condiuntur, ſæpè medius & infimus, nonnunquam tantum infimus venter exenteratur, remediisque convenientibus à putredine & corruptione præſervatur, quæ & ipſa varia ſunt & diverſi generis. Alii ſola aloë & myrrha, alii ſpiritu vini, alii aceto & ſale, alii lixivio & calce viva, alii pulveribus compoſitis, oleis deſtillatis, ungventis & balſamis utuntur. Ego illuſtrium quorundam condituram ſequenti modo adornavi, cui etiam nunc inhæreo:

Primò de Inſtrumentis aliisque rebus ad hanc operationem pertinentibus proſpicio, quales ſunt cultelli, novaculæ, forfices, volſellæ, ſtyli, acus, filum, uncinus, habenæ, faſciæ, ſerræ, ſpongiæ, ſtuppæ, linteola, acetum, aqua vitæ, aqua ſalſa, tela cerata, olea, balſama, pulvis magiſtralis infra deſcriptus & id genus alia.

His omnibus recte diſpoſitis cadaver vino calente à ſordibus externis benè deterſum & mundatum loco congruo collocari jubeo, ventremque infimum decuſſatim ſecundum

cundum longitudinem & latitudinem incido, & inteſtina cum meſenterio, ſtomachum, renes, epar, lienem, veſicam, teſtes, uterum eruo & miniſtrante Chirurgo exprimo. Mox & medium ventrem ſive thoracem aperio, & pulmones cum corde, venis, arteriis, diaphragmate, œſophago ad epiglottida usque exſcindo, vaſaque omnia diligenter exprimo; deinde totam illam & ventris & thoracis cavitatem primò aquâ frigida eluo, ſpongiisque probè detergo; hinc aceto acerrimo & tandem aqua vitæ vel ſpiritu Salomonis, qui ad arcendam putredinem & corruptionem efficaciſſimus eſt.

His præmiſſis pulverem infrà deſcriptum partibus omnibus inſpergo & fortius infrico, ac deinde faldellas ex ſtuppa aut goſſipio aquæ vitæ immerſas undique applico, inſperſoque denuo pulvere totam & ventris & pectoris cavitatem adimpleo, ac demum cutem, quæ ſciſſa eſt, conſuo.

Capitis condituram ſic inſtituo. Cranium ſerra acutiſſima circulariter ſeparo; vel à vertice tantum verſus occiput aperio: Mox cerebrum eximo, & cavitatem eodem modo, quô ventrem, primo aqua frigida, deinde aceto, tandem aqua vitæ vel ſpiritu Salomonis probe eluo ſpongiisque abſtergo, & pulvere ſtuppisque repleo.

Fauces per Syringam probè repurgatas pulvere caryophyllorum & cinamomi infarcio. Facio in balſamo Peruviano vel ſpiritu Salomonis largiter & repetitim illino.

Tandem partes muſculoſas & carnoſas profundis inciſionibus, potiſſimum circa nates, femora, ſuras & brachia divido, diligenterq; lotas & expreſſas pulvere infra deſcripto conſpergo. Poſtremo omnium cadaver linteo incerato calente adhuc obvolvo & pice navali vel reſina pini & ſtyrace liquida ad ignem fuſis illino.

Si in longius tempus cadaver aſſervandum eſt, partes carnoſæ ſubmoveri & unà cum interioribus ſepeliri debent. Si cor ex amicorum placito vel ſedi ſuæ reſtituendum, vel in capſulâ ſeorſim cuſtodiendum eſt, abluatur primò aquâ noſtra balſamicâ ex aloë & myrrha; poſtmodum ſpiritu Salomonis & tandem balſamo Peruviano illinatur.

Cæterum & hæc obſervanda.

1. Condituram à morte defuncti maturandam, nec ultra diem naturalem, præſertim æſtuante cœlo differendam.

2. Cadaver etiam poſt condituram loco frigido nec radiis ſolaribus expoſito aſſervandum.

3. Nec ciſtæ ligneæ, ſed plumbeæ & ſupra hanc ſtanneæ vel argenteæ includendum. Lignum enim facile teredinem vel cariem contrahit, & in locis ſubterraneis & humidis protuberat,

tuberat, ciſtasq; ſeu ſtanneas, ſeu argenteas, quà parte ferrum natæ ſunt, diſſolvit, ut in ſepultura hereditaria Ducum Brunſchvicenſium, quæ eſt Wolffenbutellæ An. 1644. videre mihi contigit.

4. Omnia circa condituram fideliter & ſummo ſtudio peragenda ſunt, ne putridum quid poſtea exhalet, & fœtore ſuo vel amicos; aut quibus cuſtodia aut funeris cura demandata eſt, offendat, id quod non ſine ignominia magni cujusdam Medici factum memini.

5. Tandem & ipſi qui circa operationem hanc occupantur, ſibi caveant, ne quid damni ab effluviis & vaporibus à putridâ viſcerum corruptorum labe exhalantibus, capiant, præſertim cum eorum corpora, qui morbo aliquo contagioſo aut pthhiſi vel empyemate interiere, condienda ſunt.

Æſtate fiat hæc operatio in conclavi ventis pervio, & qua Boream ſpectat feneſtris apertis.

Hyeme lucente Camino accenſis lignis fraxineis vel quercinis aut juniperinis, minime verò in hypocauſto. Aggreſſurus laborem hunc aſſumat aliquid ex alexipharmacis, quibus cor & cerebrum adverſus exalhationes noxias præmuniat.

Nares etiam balſamo aliquo inungat, vel ſpongiolam aceto Bezoardico imprægnatam admoveat, in ore trochiſcos de Zedoaria, de corticibus citri vel alios præſervantes detineat, vel ſi nihil horum ad manus ſit, ſaltem aliquid cibi vel buccellam panis vino intinctam capiat. Homo enim jejunus facilius imbibit effluvia.

Hæc ſunt, mi fili, quæ tuo rogatu de conditura funerum conſignare & monere volui. Eſt & alius modus Romæ uſitatus alibi à me, ut noſti, deſcriptus. Verùm cùm ab hoc noſtro parum diſcrepet, perinde erit, utrum ex his eligas. Commodius tamen puto, ſectionem à ventre infimo, quàm medio exordiri, & à calce viva aliisque corroſivis abſtinere. Siquidem per hæc corpora non aſſervantur, ſed conſumuntur.

Deſcriptio pulveris magiſtralis, cujus ſupra memini, in ſequentibus, quæ pro conditura exuviarum Illuſtriſſimæ Marchioniſſæ MARIÆ HAMELTHONIÆ præſcripſi, continetur.

Pulvis pro implendis cavitatibus calvariæ, thoracis & abdominis.

℞. Myrrh. elect. ℔iiij
Croc. ſylveſtr. ℔ij
ſtyrac. calamith. ℔jß
Cinam. acutiſſ. ℔ij
Caryophyllor. ℔iß
Aloës caball. ℔v.
Roriſmar. ſiccat. ℔ij.
Thur. ℔j
Fol. laur. arid.
roſar. rubr. ana ℔ß

Incidenda incidantur
F. pulvis groſſus.

Spa-

Sparadrapus pro involvendo corpore, interiusque obducendo capulo.

℞. *Cera flava* ℔ *xxv.*
Therebint. venet.
Colophon. Reſin. ana ℔ *iij*
Picis navalis ℔ *ijß*
Thur.
Styrac. liquid. ana ℔ *ij*
Ol. ſpic. ℔ *ß*
Viridis aris ℔ *j*
Liquefact. & mixtis
Add. ſevi ℔ *ij vel q. ſ.*

Mixturæ huic immergantur telæ lineæ. F. Sparadrappi.

Pulvis Sparadrappis inſpergendus.

℞. *abſinth. vulgar.*
abrotan. lavendul.
roriſmar.
fol. laur. ana M. vj.
Salv. Major. Ocymi
Origan. Thym. Satureja
Hyſſop. Flor. chamam. ana M iij
Rad. ireos Florent. ℔ *iiij*
Calam. aromat.
Angelic. Cyperi
Cortic. aurant.
citri ana ℔ *j*
Lign. Rhodii ℔ *iij*
juniper.
Saſſafras ana ℔ *jß*
Santal. citrin.
Lign. aloës ana ℔ *ß*
Cinam. caryophyll. ana ℔ *j*
Flor. roſar. rubr. ℔ *ij*
Aloes, myrrh. Thur.
ſtyrac. benzoi optim. ana ℔ *ij*
ſalis ℔ *iiij. M. F. pulvis,*
qui irroretur ol. ſpic. ℔ *ß*

Ol. roriſmar.
lign. Rhodii ana ℥ *iij*
Caryophyllor. ℥ *iß.*
abſinth.
Origan. ana ℥ *j.*
Miſce exactiſſimè.
Balſamum.

℞. *Styrac. liquid.* ℥ *vj.*
Balſam. Peruvian. ℥ *ij*
Ol. macer. ℥ *ß.*
lign. Rhodii ℥ *iß.*
M. F. Balſamum.

EPISTOLA XI.

De uſu acidularum Schwalbacenſium.

Ad Illuſtrem

DN. BARTHOLOMÆUM Liberum Baronem de Hartenberg &c. Sacræ Cæſareæ Majeſtatis Chiliarcham. &c.

Hochwolgebohrner/gnädiger Herr/ demnach E. Gn. auff mein und anderer Medicorum Gutachten numehr reſolviret gegen annahenden Frühling ſich ihrer Leibsbeſchwerden halben nach Schwalbach zu begeben und der Sauerbrunnen daſelbſten zugebrauchen; Als habe ich auf derſelben gnädiges Begehren dieſes wenige vom Gebrauch dieſer Sauerbrunnen kurtzlich auffſetzen wollen.

Erſtlich ſoll der Leib durch bequeme Artzney Mittel gereiniget und die Verſtopffungen der Leber / des Miltzen und der Kröſäderlein eröffnet werden. Worzu der Laxirende und eröffnende Wein

Wein / welcher E. Gn. vor dieſem gar wohl bekom̃en/ kan gebrauchet werden.

Wenn nun der Leib alſo gereiniget/ kan man des Morgens früh etwan um 5. 6. oder 7. Uhr ein halbes Fläſchlein voll des Sauerbrunns im Bette aus- trincken und 1. oder 2. Stunden darin- nen liegen / den Magen mit warmen Tüchern bedecken/ aber nicht ſchlaffen/ viel weniger ſchwitzen/ auch kan man es auſſerhalb Bettes gebrauchen/ und ſich ein wenig darauff bewegen / doch nicht zu ſtarck / damit kein Schweiß darauf erfolge.

Dieſes ſoll alſo 2. Tage geſchehen/ des dritten und 4ten kan man des Sauerbrunnes etwas mehr einneh- men/ und alſo gemachſam von Tage zu Tage damit ſteigen / daß man des 5. und 6ten eine gantze Flaſche voll/ des 8. und 9ten anderhalb Flaſchen voll / den 11. und 12. noch etwas mehrers / da- fern man es vertragen kan/ gebrauche.

Weil das Waſſer ſeine Kräffte gar leicht verlieret / ſoll es nicht in offenen Gefäſſen gehalten ſondern wohl ver- wahret werden/ und iſt beſſer/ daß man alle Morgen das Waſſer friſch ſchöpf- fen laſſe und gebrauche.

In der höchſten Maaß des Waſſers ſoll man beharren 10. 12. oder mehr Ta- ge/ nachdem die Kranckheit tieff einge- wurtzelt / und die Kräffte inſonderheit der Magen ſolches erleyden kan. Auch ſoll man einen Trunck bald nach dem andern tuhn / und darzwiſchen etwas Anieß / Fenchel / Gartenkümmel oder Pomerantzen Schalen mit Zucker be- worffen um des Magens willen eſſen.

Man ſoll auch ſo lange faſten bis der 3. oder 4te Teil des Waſſers wieder- um abgegangen / welches man aus der Menge des Urins erkennen kan / und pfleget ſolches gemeiniglich innerhalb 5. Stunden zu geſchehen / wiewohl bey etlichen geſchwinder / bey etlichen auch langſamer. Und ob zwar die erſten Ta- ge das Waſſer nicht genugſam durch den Urin abgeführet würde / kan man doch / nachdem man etwa 5. Stunden gefaſtet/ etwas eſſen/ und im Gebrauch des Sauerbrunns nichts deſto minder/ fortfahren / es wäre denn daß andere Zufälle ſolches behindern thäten.

Dafern die Urin nicht fort wolte/ kan man unter den erſten Trunck des Waſſers 5 6. 7. oder 8. Tröpfflein vom Spiritu ſalis oder Wacholder-Oel / o- der Citronen oder Muſcatenöl mi- ſchen. Etliche nehmen deßfals einen Trunck Wermuthwein zu ſich/ welcher auch dem Magen dienlich iſt. Inſonder- heit ſo man etwa eine halbe Stunde vor dem Gebrauch des Waſſers ein Morſell von dem Pulver diagalanga genant/ oder von denen Speciebus a- romat. roſat. mit Zucker / Zimmet- Waſſer / und deſtillirte Neglichen/ Maſtix oder Citronen-Oel zugerichtet/ einnehmen thut/ und euſſerlich den Ma- gen fein warm hält/ und bißweilen mit Mußcatenblum-Oel/ oder mit Maſtix- und Wermuth-Oel beſtreichet. So der Leib verſchloſſen iſt / kan man eine

Stunde vor dem Abendeſſen von den Alóephangin-Pillen/oder von meinen pilulis benedictis einen Scrupel ſchwer einnehmen/oder ein Cliſtir gebrauchen. Da es nóthig / kan man um den 7. 8. oder 9ten Tag ein gelindes purgans gebrauchen/und deſſelben Tages des Sauerbrunns ſich enthalten.

Wenn man etlicher maſſen Beſſerung vermercket/ oder ſich ſonſten übel und matt befindet / und etwa andere Zufälle und Leibesbeſchwerden zuſchlagen/kan man allgemach von der höchſten Maaß des Waſſers ablaſſen / und wiederum bis auff die geringſte von Tag zu Tag herab fallen / auch gelinde purgantia zu Abführung des Waſſers / ſo deſſen etwas zurück geblieben wäre / gebrauchen.

Unterdeſſen / wie auch eine zeitlang nach geendigter Cur/ſoll man ſich einer guten geſunden Diæt befleißigen / und ſich ſolcher Speiſe gebrauchen / welche leicht zu verdauen / und ein gutes Geblüte geben / auch mehr gebratene als gekochte Speiſen / mehr Fleiſch als Fiſche genieſſen / ſich hüten vor allem was fett iſt / was in der Pfannen mit Butter gebraten/was hart und ſchwer zu verdauen / im Rauch getreiget / in der Peckel gelegen / ſehr geſaltzen oder ſcharff gewürtzet iſt.

Zum Ordinar Tranck kan man einen guten Wein welcher nicht zu ſtarck auch nicht zu alt iſt / oder da man es gewohnet / und der Magen gedulden kan/ ein gutes klares Bier / welches nicht zu ſtarck von Hopffen / noch zu jung oder alt iſt/gebrauchen.

Des Abends ſoll man nicht viel eſſen / damit der Magen des Morgens nicht beſchweret ſey.

Zu Mittage ſoll man ſich des Schlaffs / ſo viel müglich enthalten/ ſich vor Eyfer und Zorn hüten / aller Sorgen ſich entſchlagen / und mit freundlichem Geſpräche / oder auf andere Weiſe ſich ergetzen.

Dieſes habe auf Eur. Gnaden Begehren ich zur Nachricht verzeichnen wollen/ein mehres werden die Anweſenden Herren Medici hievon berichten/ deren Raht und Gutachten in allen begebenden Fällen Eur. Gn. ſich gebrauchen können / unterdeſſen wolle der Allgütige Gott / welcher allein Wunder thut im Himmel/ auff Erden und in den Tieffen / zu dieſen Waſſern Seegen und Gedeyen geben / daß ſie Eur. Gn. zu erfreulichen reſtitution und guter beſtändiger Geſundheit gereichen mögen / deſſen hohen Obacht Eur. Gn. ich hiemit treulichſt empfehlen thue/ verbleibende ꝛc.

B. Timæus von Güldenklee.

EPISTOLA XII.

De conſtipatione alvi.

Wohl-Edler ꝛc.

Hochgeehrter Herr Doctor, demſelben kan ich nicht verhalten / daß ich zum öfftern gar hartleibig bin / und in 2. oder 3. Tagen keinen Abgang habe/

habe / darwieder mir denn gerathen daß ich bißweilen Ziegenmilch gebrauchen ſolte.

Bitte demnach zu berichten / ob die Milch mir auch dienlich und wie ſie müſſe præpariret und gebrauchet werden. Was ſonſten den Zuſtand meines ſchwachen Schenckels anlanget / geben die anweſende Medici ſchlechte Hoffnung / vermeynen der Schad ſey unheilſam und müſte ich denſelben wohl Lebenslang behalten: Dennoch habe ich eine ſonderliche Medicin aus einem andern Ort bekommen / welche ich dieſen Winter über gebrauchet und nunmehr / Gott Lob / gäntzlich reſtituiret worden.

Ich erinnere mich / daß mir der Herr vor dieſem zugeſchrieben / wie deß E. Herren General Major N. N. Tochter / mit einem gefährlichen Krebsſchaden behaftet / wann nun meine Kranckheit dergleichen Urſprung von böſem vergiften Geblüt gehabt / und endlich eben ſo einen Ausgang hätte gewinnen mögen / wann ich ihm nicht mit meiner Artzney wäre zuvor kommen / ſtelle ich es zu des Herrn Gutachten / ob er damit einen Verſuch tuhn wolle: Ich zweifele nicht / es werde dieſe Medicin, wann ſie etwa 4. oder 5. Wochen nach einander gebraucht wird / guten effect thun; Will ſie dem Herrn gern communiciren / und thue hiemit denſelben Göttlicher Obacht empfehlen / verbleibende ꝛc.

Hochwolgebohrner / gnädiger Herr Eur. Gnaden ſind meine gehorſame Dienſt ſtets bevor / und habe aus deroſelben Schreiben vernommen / daß ſie zum öfftern einige Leibes-Härtigkeit und Verſtopfung empfinden und dannenher zu wiſſen begehren / ob die Ziegenmilch darwieder dienlich und welcher Geſtalt ſie müſſe præpariret und gebrauchet werden.

Berichte hierauff unterdienſtl. daß die Ziegenmilch zu Erweichung und Eröffnung des Leibes folgender Geſtalt könne bereitet und gebrauchet werden.

Nehmet ein Nöſſel oder etwas mehr Ziegenmilch welche erſt friſch gemolcken iſt / laſſet ſie bey gelindem Kohlfeuer auffſieden / drücket den friſchen Safft von einer ſauren Citron darein / laſſet es noch einmahl auffwallen / hernach nehmet es vom Feuer ab und wann der Käß geronnen / ſo ſeiget die Wattke oder Molcken durch ein reines Tüchlein / thut einen Löffel voll laxirenden Violen-Syrup darunter und trincket es des Morgens nüchtern fein warm aus / faſtet darauff etwa vier Stunden und repetiret ſolches ſo offt es nöthig: So es das erſte mahl keinen effect thut / kan man zum andernmahl des laxierenden Violenſaffts etwas mehr darunter miſchen: Will man aber die Ziegenmilch an ſich ſelber gebrauchen / kan man ein wenig der mittelſten Rinde von Flieder oder

Holunder darinnen auffſieden laſſen/ durch ein Tüchlein ſeigen / ein wenig Zucker darein thun / und des Morgens nüchtern ſein warm austrincken.

Sonſt dienet zu Erweichung des Leibes / daß man im Anfang der Mahlzeit allezeit ein Süpplein von Gerſt oder Habergrütz mit kleinen Roſienen und Butter zugerichtet / oder eine Fleiſchbrühe oder etwas von gekochten Prunellen / Pflaumen / Aepffeln und dergleichen zu ſich nehme. Inſonderheit iſt hierzu mein laxirender Roſienenwein ſehr dienlich/ ſo man deſſen etwa eine Stunde vor dem Abendeſſen ein Becherlein voll austrincket. Wie er zu præpariren/ iſt auf beygefügtem Recept verzeichnet.

Etliche brauchen ſüß Mandeloel in einer Fleiſchbrüh oder warmen Bier/ muß aber erſt friſch ausgepreſſet und gut ſeyn.

Die Eſſenz ⊖ ♀i cum ſpiritu vini extracta iſt auch ſehr gut / ſo man derſelben 13. oder mehr Tröpflein in einem Gläßlein Necker- oder Reinwein etwa eine Stunde vor dem Eſſen austrincket / und ſolches täglich continuiret / biß die Natur von ſich ſelber das ihrige thut.

Ich habe bey vielen die Conſervam roſarum laxativam, derer deſcription hiebey überſchicket wird/ gut befunden: Man brauchet davon drey groſſe Meſſerſpitzen voll etwa 2, Stunden vor dem Eſſen / ein Trunck Wermuhtbier bey Anfang der Mahlzeit / pfleget wegen ſeiner Bitterkeit auch gut zu thun / wann nur keine Hitze oder Truckenheit des Leibes verhanden. Dann hiebey / wie auch bey allen andern vorgeſchlagenen Mitteln / iſt die Urſach der Verſtopffung und Conſtitution des Leibes allezeit in acht zu nehmen.

Demnach ich auch aus Eu. Gnaden Schreiben erſehen / daß ſie ein ſonderliches experiment vor den Krebsſchaden haben / iſt mein unterdienſtliches Bitten / Eu. Gn. mir mit deſſen Communication zu willfahren belieben wollen / verdiene es in allen Begebenheiten hinwieder / und thue hiemit Eu. Gnaden der hohen Obacht Gottes treulichſt empfehlen/ verbleibende ꝛc.

Deſcriptio
Vini paſſulati laxativi.

℞. *Paſſul. minor. diligenter mundat.*
& lotar. ℥iij.
Fol. ſen. S. S. ℥jß.
Cremor. ♀*i albiſſ.* ʒij
Cinam. acutiſſ. ʒiij

Contundantur in mortario ut f.
quaſi paſta: affund.

Vini Rhenani optim. ℔j.

Stent in infuſione per noctem.
Manè coletur Add.

julep. violar ℥j.

Miſc. d. in vitro

Con-

Conſerva roſarum laxativa.

℞. *Flor. recent. roſar. provincial.* ℔ß
Mannæ puriſſ. ℥iiij
Syr. p. roſar. ſolutiv. q. ſ.
M. F. Conſerva.

EPISTOLA XIII.

De Tinctura Mercurii Antimonii.

Wohl-Edler 2c.

HOchgeehrter Herr Doctor, vor ertheilten guten Rath und überſchickte Medicament bin ich danckbar; Habe das Ziegenmolcken fleiſſig gebraucht / welches zwar das Seinige gethan/der laxierende Roſinen-Wein aber iſt mir beſſer bekommen; Dannenhero ich bey demſelben nur verbleiben werde / wiewohl die Natur nunmehr faſt täglich ohne Brauch einiger Artzneyen das Seinige thut. Befinde mich auch ſonſten in allem recht wohl / der Allgütige Gott wolle ferner gute Geſundheit verleihen. Was anlanget die Medicin wieder den Krebs/ berichte meinem hochgeehrten Herrn / daß ich eine Tincturam aus dem Mercurio Antimonii habe / welche univerſal gegen alle Kranckheiten / ſo ihren Uhrſprung aus vergifftetem Geblüt hernehmen / ich habe ſelber davon eine Zeitlang gebrauchet / in meinem Schaden am Schenckel/daran mir viel Geſchwüre ſind auffgebrochen geweſen/und das Geblüte dergeſtalt/ daß es gantz ſchwartz und wie ein zäher Leim iſt heraus gezogen: Nachdem ich aber dieſe Tincturam gebrauchet / iſt der Leib und Geblüt dermaſſen gereiniget / daß ich im geringſten weder am Schenckel noch ſonſten einige Ungelegenheit und Beſchwerde empfinde: Mit eben derſelben Tinctur habe ich auch allhier einen meiner Unterthanen von der Waſſerſucht curiret, derſelbe iſt an ſeinem gantzen Leibe dergeſtalt geſchwollen geweſen / daß man keine Knochen an ihm hat erkennen können: Er iſt aber in ſechs Wochen vollkommen reſtituiret/ daß er nunmehr ſeiner Geſchäffte wie vorhin abwarten kan: Ingleichen iſt neulicher Zeit ein guter Freund mit dieſer Tinctur von den Frantzoſen gäntzlich liberiret worden / iſt eine gelinde und ſichere Medicin, überſende derſelben hiemit ein Gläßlein voll / mein Herr kan ſie probiren und ſein judicium mir davon eröffnen/2c. 2c.

EPISTOLA XIV.

De affectione Hypochondriaca & ſcorbuto.

Wohl-Edler 2c.

HOchgeehrter Herr Doctor, es hat meine Eheliebſte ohngefehr von fünff viertel Jahren her in ſini-

Quinque patet villis, quarum quamque adſita cingunt
Commoda, ſeu cultum ſpectes, ſeu ditia rura,
Hic horto & pratis, illic felicia ſylvis.
His paulum à reliquis vici ſummota colonis
Succedit Domini, ſpatio lætiſſima, ſedes.
Tu decus & noſtri ſvaviſſima portio cœtûs
Sæpius hic quo cum curis SIMMERE, ſolutis
Liberior pulchras ſubter colui otia fagos,
Lætus ades, mecumque jugo te credere Pindi
Delige, dum cari memoro ſolatia Amici.
Alma Dei placito mortalibus edita tellus
(Poſt lapſum certis quæ favit legibus ævo)
Tota quidem vario nitet ornatiſſima cultu,
Immenſis ſpecioſa bonis, ſeu molibus agros
Erigat urbanis, aut ſolo munere certet
Naturæ humano benè gratificata favori.

At Rus præcipuo pulchrum præcedit honore,
Deliciis plenum caſtis, felixque laborum,
Immunes ſcelerum cœlo teſte adſtruit artes.
Illic lætus ager fœcundis ſemina glebis
Concipit, & plenis mox reddit flavus ariſtis;
Hic milium & putres te promunt medica ſulci,
Ervum alibi & jactis ſinuata legumina piſis
Aut lini ſegetem, campumque urentis avenæ.
Nunc plana ingenti procumbunt æquore rura,
Nunc collis tumet & viridem juga vitea vallem
Subjiciunt liquidæ ſalientem gurgite lymphæ.
Mox nemus arbuteis frondeſcit lætius umbris,
Quercus ubi & patulis ſociat ſe Betula ramis
Et Tilia & florens longo ordine Fraxinus altos
Producunt ſpatiis per devia teſqua receſſus,
Alitibus nidos, levibusque cubilia cervis.
Hinc fons per frutices electro purior undas
Volvit, & irriguo percurrit gramina rore;
Quo potum veniuntque feræ, volucresque canoræ
Præcipitant dulces nemoroſa per aera voces:
Aër ubi Zephyros, ubi frigus captat opacum
Venator, placidæ lætus dulcedine ripæ.
Et quamvis vincat rus dotibus inclyta rura,
Nec natura locum totam ſe cogat in unum;
Omne hoc frondoſum ſibi vendicat Hortolinum
Tam vario dives cultu, ut nec jugera Tulli
Anteferam, aut Bajas propter loca caſta Literni,
Non Variæ, Argæo non prædia nota colono,
Non Surrentino poſitos ſub littore fundos,
Quâ præclara videt Polli prætoria Limon,
Aut quæ flaventem proſpectant rura Garumnam.
Principio viridi cultiſſima villa receſſu
Arboreâ ſub fronde latet, prope vitreus amnis

Labitur, & gratâ tegitur lætiſſimus umbrâ
Accubui nemoris, gelidas ubi plurima ripas
Fraxinus & ramis florentibus Alnus opacat,
Hic in circuitu quadrato condita ſepto
Clauditur, & pulchris prætenditur area tectis,
Qua data porta patet ſubjectum verſa per amnem,
At ſpatio in medio, quo mox prætoria ſurgunt,
Conſtrato circum depreſſa eſt area ſaxo,
Perque gradus fidens ciſterna ſuſcipit undam,
Quam procul haud vitreo deducit fonte canalis,
Qui poſt iligneâ ſaliens memorabitur arcâ.
Hæc domui latices, hæc ſufficit urna culinæ
Purius, herbiferam quàm qui vehit alveus undam,
Plena ſalutari venæ dulcedine potu.
Hinc domus egregio transverſim ſplendida ductu
Surgit, & adverſus obicit cœnacula ventis,
Eurum atque occaſum ſpectans: latet obdita Cauro
Crypta penu Cereris, doniſque referta Lyæi.
Triclinium oblongæ incumbit memorabile Cryptæ,
Toto grande loco, multiſque illuſtre feneſtris
Et picturatis tabulis, pulchroque camino.
Inde ex oppoſito tendunt hypocauſta cubili
Juncta, exurgentis jubar excipientia Solis.
In medio interjecta patent geminâ atria portâ,
Cochlea quâ junctis ſupera ad conclavia fulcris
Ducit & erecto ſinuatur ad oſtia tigno;
Scita ubi ſubjectam referunt ſpatia omnia formam,
Multa locum illuſtrant ſpecularia, munda ſupellex
Exornat latera, & vario laquearia fuco.
Hinc, magis ut longi ſibi conſtent acta diei,
Orneturque domus, ſummo brevis Exedra tecto,
Atria qua tereti deſpectat ſubdita fronte
Mobilibus diſpoſta rotis atque indice, ferro

Artifici juſto ſe pondere machina librat,
Deſignatque horas, & pulſo denotat ære.
Quod ſol officium quoque præſtat virgula cyclo
Indita projectâ numeros cum verberat umbrâ,
Quale genus paſſim tempus notat; & tenet hortus
Et villa & læti frondentia compita pagi.
Svavius hinc Oriens ubi purpurat, aurea Phœbo
Otia dat doctis dives conclave libellis.
Subtus aquæ tremulo volvuntur murmure frondes
Jactatæ Zephyris nutant, & Fraxinus umbrâ
Florida ſuppoſitis inducit tegmina ripis,
Unde domus multâ ramorum condita ſylvâ
Promicat, & viridi latitat pulcherrima velo
Transmittitque vagis penetrantia lumina rimis.
Sed ripas foliis circum contectus opacis
Pons jungit, trabibusque latus munitior æquis,
Semita diſpoſito bene quà planiſſima ſepto
Limite conſpicuos ſatis amplo dividit hortos,
Tendit iter; porta at juncta qua ductus abacta
Ut lubet, aut dubii poſcunt diſcrimina ſecli,
Tollitur, & mediis verſatilis inditur undis.
Illic læta modos animat Philomela, comasque
Subſultans inter, vernis concinnius auris
Excolit autorem; reliquum hic ſe vocibus agmen
Jungit, & accentu reſonantia tesqua ſerenat.
Hinc armenta Boum, hinc errantes proſpicit agros,
Diſtentumque pecus Dominus mentemque quietis
Impendens Muſis, votorum immania temnit.
Multum adeò intererit, quibus hic quis moribus ævo
Seprobet, & pulchro componat pectus honeſto;
Ne faſtus ſcopulos penetrare aut limina Regum
Cogat, & infido fortunam credere vulgo:
Spe freta, ne rutili tonſis laſſare metalli

Tentet

Tentet, & extremos ratibus petat improbus Indos,
Aſſvetus ruri, vitæ melioris alumnus
Propoſitique tenax. Quodſi furioſa quieti
Subtrahet ambitio; variis præcordia turbis
Fervere, & inſano captos mirabere motu.
Hunc puteal tenet & populi tabularia; quosdam
Commiſſæ exercent lites, dubiumque Tribunal.
Sunt, qui perpetuo perdunt patrimonia luxu,
Aut occulta petunt ferè moto furta fritillo:
Ille voluptates ſibi vendicat, ære pudorem
Vendit, & infandis ſe polluit artibus alter;
Nil ubi jura valent ſuperis ſancita Tabellis,
Nec recti cultus movet aut reverentia famæ.
Quà domus humenti ſurgens obvertitur Auſtro
Porticus in triplices habilis diſpeſcitur arcus.
Huic podium tecto impoſitum ſe planius horto
Infert & junctis circum ſublime columnis,
Loricæ ritu, tranquilla è ſede remotos
Proſpectat campos, & læti jugera fundi,
Quo ſuperæ ducit gradientem janua partis.
Quæ digeſta ſatis viridaria floribus halant
Subtus, & intextà didunt topiaria ſepe,
Torrentem comitata ſuum, frondentibus umbris
Denſantur, virisdesque comas dat fertilis arbos.
Hic roſa conſtituit ſcenam; mox bacca graveſcit
Idæa, aut Urſina rubet, vel cominus albet
Interſecta viam, qua adducunt compita rivo.
Et Ceraſus fronde & ſpatia abdita pomus inumbrat,
Ut camerata cavo ſe fornice florida tendat
Porticus, & plexo foliis porrecta receſſu
Differat excluſum viridi caligine Phœbum.
Mox decus herbarum varium nova gratia veris
Ridet, & areolas pulchro diſcrimine Flora
Lætius

Lætius exercet. Non mollis Amaracus hortum
Deſtituit, non Malva levis, non Menta virore
Criſpa ſuo, triſti non Ruta inimica veneno,
Rosve maris cerebro, aut Lactuca ſalubrior alvo;
Aſparagus, Fragumque & amaris Intyba fibris,
Radicesque Inulæ roſeum niveumque papaver.
Porrò Venus florum dulcis, rarique colores
Inprimis oculos mulcent: hic purpurat oſtro,
Luteus ille comis aut multo flammeus auro
Bracteolis teneras accendit ſuavibus herbas:
Alter Coccinio ſe tollit vertice, quidam
Ceruleo, niveo quidam velatur amictu,
Multiplici tinctas varians aſpergine crenas.
Hinc facies pulchris florum diſtincta figuris
Blanda placet, dulcique tenet vaga lumina vultu:
Hic calicem affingit foliis, pictamve Tiaram;
Ille refert cidarim glomeratæ turbine mitræ
Criſpatus circum; mixtum candore galerum
Alter deſignat; verum exquiſita coronæ
Quos ſpecies nomenque probat, generoſa viretis
Ornamenta ferunt, pretioque alia omnia vincunt
Germina, quæ Zephyris promunt ſpirantibus horæ.
Et cuncta hæc crebris rident admiſſa feneſtris,
Lumina non tantùm ſpectantûm hilarantia cultu,
Seu teneant pranſos cœnacula, ſive Thalia
Muſeo Dominum, podiove oblectet amæno.
Verùm & jucundam florentibus undique plantis,
Quarum aer ſvavi fragrat perfuſus odore,
Totam in circuitu ſedem factura ſalubrem.
At potius modicis ſpatium nunc addidit hortis,
Et rivum extenta transgreſſus ſepe, feraces
Hinc campos, atque hinc clauſit viridantia prata,
Conſevitque ſolum Dominus felicibus herbis

Paſcua

Feſtuæ, quæ multo nuper jacuere virore,
Braſſica nunc foliis tollit capitata globoſis
Divite proventu; Lupulo dat glebula ſedem
Luxuri: Hic Thyrſos frondoſis criſpa racemis
Æmula Nyſæis complectitur uva corymbis,
Atque inter denſos ſufflavens pendula, lucos
Imbuit pulchro latebroſos calle receſſus.
Trans amnem longa ſerie viridaria contra
Arboribus turgent pomaria conſita, crebris
Frondibus eximia: Hos ſinuoſos pampinus hortos
Hos pyrus & ficus commendant, Meſpilus hosdem
Et rubus exornant, varioque è ſemine Pomi.
Ver ferè multiplici ſeſe induit utile flore,
Autumnum fructus decorant Cererisque caniſtro
Congeſta felici funduntur munera cornu:
Adde ubique decus rarum, quo veſtit arvum
Herba novum grato paſſim variata colore.
Verum horti ſepem propter gelidiſſima labro
Piſcibus unda fluit, jugi profuſa meatu,
Fonte foris juncto, qui proſilit editus agro,
Et prope porrectis pagi ſub mœnimina foſſis
Fundit aquas, longum comitatus gurgite vallum.
Hinc deducta tubis geminam decurrit in arcam
Lympha fremens, triplici ſaliens puriſſima rictu
Neſcia vinciri glacie, dum murmurat unda.
Hic ſemper ſtructis natitant obſonia menſis,
Prompta capi, ſonituque liquor dulceſcit acuto.
Nempe magis grato ferit aures lympha ſuſurro,
Piſcibus impoſitis Domini placitura palato,
Quam ſtrepitus populi, quamvis gratantis, & aulæ
Turpis adulator, quem fingit ſubdolus arte,
Aut plauſus, caveâ ſequitur qui miſſus ab imâ.
O lætor qui pulchro largiris commoda ruri,
O Decus, ô ingens ſcatebrarum, o gloria fundi!
Te ſaliente NOVI nomen qui protinus HORTI
Invenit, undarum rivis hilaratus amœnis
Tu ſplendore vitrum vincis, cryſtalla nitore,

Æſtus tu pellis febriles, non tibi thermæ
Non certent Acidæ, Podaliria pocula venæ;
Non ſibi Bajanæ meliori fonte Napææ
Complaceant, alia aut habitent Nymphæa pudicæ
Najades, huc poſito concedat Cynthia telo.
Sylveſtri primum clauſus Fons, Inclyte fago,
Deſpectus tenui per roſcida gramina ſulco
Serpebas ranis & pictis præda lacertis:
Nunc laticem querno Domini indulgentia labro
Excepit, circumque novo te ceſpite cinxit,
Et læta induxit viridi laqueari ramo,
Ne Procyon lædat, ne pulvis miſceat undam.
Te Dominus dulces quotiens adducit amicos,
Sæpius inviſit; qui te venerantur amantque,
Otia dum quærunt, dum miſcent ſeria ludo.
Tu reficis feſſos, tenuit ſeu Delia luſtris
Seu pedicas avidis poſuere per avia Turdis,
Aut vada piſcatu placuere. Hic blanda voluptas,
Hic ſecura quies curas excludit amaras.
Te crebro inviſiſſe juvet! Tua gaudia vires
Inſtaurent, creperique abigant faſtidia ſecli!
Proſis perpetuo Terris, latebriſque recedes,
Et ſpecus umbroſum multa teget abdita fronde,
Ne pateas vulgo ſpretus, in ſecula temnis,
Labraque deſtituis, aucturus ſidera, cœlo
Te locus Eridanum propter deſiderat; Illic,
Ceu nuper noctu Tua Fax nova ſtella micabis.
Denique plantatis nemoroſo germine campis
Explicat ad Zephyrum læto ſe ſylvula ſaltu,
Hortum circumdans partim reparataque prata:
Ut tamen infuſis rivus loca florida lymphis
Irriget, & leni circumfluat agmine ſulcos,
Exhilaretque nemus floreſque aſpergat amœnos.
At Auſtrum verſus ſepes ampliſſima villam
Quæ claudit circum lætiſque obvertitur agris
Veſtibulum primæ, cuſtodis manſio, portæ
Surgit, & ad pulchræ ducit Prætoria ſedis.

Arbori-

Arboribusque novis ornatos proſpicit hortos.
Hinc viridi ſepes munitur denſa ſalicto,
Ordine producto geminatam ſuavibus aptam
Quod ſpatiis confert ſociatis frondibus umbram,
Exhilarans totos criſpis ramalibus agros.
Qua laticem inſinuans rivus circumvenit hortum
Deciduas, ſparſusque amplis ſe dividit undis;
Inſula cancellis circumdata prominet alnis
Pomo in circuitu prætentis obſita ripis
Quæ ſpatium eximio lætum pons addidit horto.
Sed medio obtecta eſt frondentibus Inſula ramis,
Sertaque complexu ceraſos connectit opaco,
Cujus ſumma teres faſtigia contegit umbo,
Utramque intextis aſſurgat ubique frutetis
Ambitus & læta ſe criſpet pergula fronde,
Quam ipſam fixis prohibet lorica tigellis:
Hic menſæ & pictis ornata ſedilia velis
Accipiunt dulces, fidiſſima pectora, amicos.
Sed juvat, immiſſis quod lympha coërcita clauſtris
Illabente ſono ſuffuſa repagula plangit,
Et brevis eliſos geminat cataracta ſuſurros.
Lætior ô quoties ſocios hic cœtus honeſtos
Junxit, & æſtivæ compendia contulit Horæ,
Cum Panopæa tulit ridens ſua votaque nautæ
Glauco ſolverunt, aut Inoo Melicertæ.
Nulla magis vita eſt ſincera, & nulla beata
Aut tranquilla magis, quam ruri exacta fideli
Sancta ſodalitio votisque decora modeſtis.
Dicta ut hyperboreos ubi percipit area fluctus,
Structura excurrit variis diſtincta tabernis:
Hic laqueos, pedicas, amites & retia condunt,
Aucupium, piſces quibus & venatio cordi eſt.
Mox olitor cui cura novi committitur horti,
Sedem habet & pluvio domus hæc obtenditur axi.
Hic primus vivis cinxit viridaria ſeptis,
Hic formam, ſuaveſque loco florere colores
Fecit, & artifici proferri umbracula texto.

Hinc nitidas pictâ referens tellure figuras
Indita tonſilibus variæ viget area buxis.
Ille omnes volucrem fallendi callidus artes,
Novit, is immiſſo pisces ſuſpendere lino,
Et caveas avibus ferratis jungere filis ;
Aut facta ornithonas teſtudine condere jugi,
Ut chorus alituum reſona impleat atria cantu.
Tota hic transverſo concluditur area ſepto,
Ut tamen è medio pateat deſcenſus ad ima,
Villa ubi procumbit ſociatis ruſtica tectis ;
Qua ſtabula aut horti, patulisve ingentia cellis,
Horrea ponuntur Cereris ditiſſima donis.
Parte aliquâ putris ſqualent congeſta fimeti
Reſtagnatque palus avidis gratiſſima porcis.
Nec minus arrident præſertim armenta, gregesque
Plena ubi ſub primam dimittunt ubera noctem,
Et nivea exundant dulci mulctralia lacte,
Seu vaccæ veniant, ſaturæ ſeu fronde capellæ
Lanigerive greges ſatiati mollibus agnis,
Cùm ſuetas repetunt villas caulisque propinquant.
Quàm delectat Herum ſub ſera crepuſcula capras,
Commixtas tauris hædos tenerasque juvencas,
Cum tranquillus equas totis concurrere campis,
Cum properare domum videt & facto agmine pontem
Pertranſire vagum, qui ſternit ligneus amnem,
Florida ubi patulam commonſtrat ſemita portam ;
Cum videt ad plenos fluviali rore canales
Certatim gelidos pecudes ſorbere liquores,
Mox recubare ſolo conſtrato ſtramine & ulva,
Et trahere impavidos ſecuro pectore ronchos.
Porro Anates lymphis innant, hic ſtridulus anſer
Per vada deducit pullos, juvat amnica terga
Subter fraxineos agiles penetrare receſſus,
Et liquidas junctim fruticum natitare per umbras
Qui viridi longum condunt freta cerula luco.
Grex gallinarum per pinguia jugera ariſtas
Excutit, & pugnant commiſſi in gramine galli.

Hic caudam Pavo geminantem hic explicat alas
Afraque quam mittit guttatis copia pennis:
Hic volitat Turtur placidi circumque columbi
Ædiculæ plaudunt faſtigia Graculus orni
Occupat, & multo nidos clamore ſalutat.
Rivulus umbroſas qui villarum alluit oras,
Cunctaque circumdat memoratæ prædia ſedis,
E alto præceps deſcendit, & inter amœnos
Riparum frutices & criſpas gemmeus alnos
Murmure colludit dulci, formoſaque prata
Inflexis ſinuum pulchrorum ambagibus ambit.
Hæcque adeo tam grata loci, tam florida rivi
Delectat facies, ripæque agreſtis imago
Ut, Satyros ſi qua Dryades facileſque Napæas
Unquam ac Oreades tulerit natura fugaces,
Non alias habitaſſe domos aliumve liquorem
Elegiſſe rear quàm Læti ſtagna Vireti:
Hic poſuiſſe Lares fas eſt, & fornice cæci,
Qua ſpecus atra latet, texiſſe cubilia clivi:
Imprimis, virides qua roſcida paſcua colles
Excipiunt ſylvis & ramis ſuavibus Orni
Inducunt placidæ nemoroſa umbracula lymphæ,
Hos cœtus primo teneros petiiſſe receſſûs
Crediderim & blandis ſeſe occuluiſſe latebris:
Mox liquidis innaſſe vadis, & nocte ſerena
In pratis duxiſſe choros luſuſque jocoſos
Protraxiſſe ſono, feſſas cum diſtulit obex
Explantes, queruloque excivit fonte ſuſurros,
Sicubi frons celeres tenuit projecta fluores,
Aut proſtrata ſalix retinacula nexuit amni.
Talibus in ſcatebris nemoris deprenſa profundi
Veſtibus exutis quondam Dictynna procacem
Aſpectu Cadmi mutatum eſt ulta nepotem;
Hic Jove fœta vagam ſe ſenſit Parrhaſis Urſam.
Sed Phœbi chorus hic, ſuperus quemque inferus amnis
Nutrit, in ulvis tutus graſſatur in algis;
Hic puniceis commendans fercula pinnis

Perca natat, tremulis latitans prope Lucius herbis
Inſultat ranis, maculis inſignis & albo
Fundulus ingenuas interqua calculus undis
Volvitur, & viridi ſubſidit glarea fundo,
Luxuriat, limo gaudetque Anguilla paluſtri,
Hinc aurata viget rubicundo lutea fuco,
Nec vegetos longum Coracinos eſſe labores,
Sicubi piſcoſæ ſeſe effudere lacunæ.
Sub ripis creber ſe Gamarus occulit, arbos,
Qua patulas ramis rivum ſuper injicit umbras.
Interdum infeſtus pinnis Melanurus acutis,
Squammigerique gregis ſeſe offert Tencha Machaon.
Sed multo paſſim Piſcina parata labore,
Fronte tenus nemoris (radix ubi limpida montis
Et Zephyrum partim & Boream porrecta nivalem,
Ebullit tacitos ſubjecta per æquora rivos)
Aggeribus digeſta ſuis & condita ſeptis,
Quæ torrens negat impertit ſic Carpio Trutta
Suppetit, & tenero ſervit Muſtella palato.
  Hi piſces : cultas ſuper eſt Venatio menſas
Quæ decoret Verni cum floret gratia ruris,
Mane novo leporem nemus offert fertile lignis
Betuleis, Corylis denſumque paluſtribus Alnis,
Quercubus & Fagis frondoſiſque utile cervis.
Hinc canibus pulſi lepores, qua retia junctum
Inſedere jugum, capiuntur, ſcirpea circum
Prata ubi tuberibus turgent ſalebroſa ſolutis :
Objicit Autumnus dejectæ grandibus Ornis
Cum ſtrepitum pavidi metuunt agnoſcere frondis
  Meſſis quam primum flavis exceſſerit agris
Jamque vacat campus nocturna ſilentia prædas
Sufficiunt lautas Anates lacus, arvaque alaudas,
Retibus injectis quas callidus occupat auceps.
Sic Perdix naſſis capitur, ſic ſæpe coturnix,
Ruri prensa cohors, merulæ, f[illegible]que voraces
Tendiculis hærent loca per ſylveſtria Turdi.
  Obtigit, ut leporum ſummota indagine rete

Præda

Prompſerit in tenebras Dominus noctuque prehenſas
Intulerit volucres; hinc mane hærentia ſetis
Agmina contortis, merulas in terque Bonoſam
Hic raram ſylvis pedicis concluſerit arctis,
Fortuna illius noctis cumulante favorem.
Non vulpes deſunt nemori capræque fugaces.
Lari delicias gravis ut venatio ruris
Augeat, & rigui commendet commoda fundi.
O quantum humanos Divina potentia ſenſus
Exſuperat celebrique beat ſua facta favore!
Nec vitam tantum confert & plura manenti
Subſtituens ſupplet pereuntia corpora mundo,
Et de præſidiis mortali proſpicit ævo;
Verum, & delicias addit pius omnia vultus
Erigit & longo commendat munera cenſu.
Hoc varii pulcher commonſtrat circulus anni,
Tot donis felix revoluti gratia cœli
Quæ promit, vicibusque ſuis ſe devovet Orbi.
Ver oculos roſeum recreat, ver ſpargit odores:
Æſtas, farre tumens, gravidis premit horrea glumis;
Poma dat Autumnus cum plurimus arbore fœtus
Decuſſus multo locupletat fœnore cellas.
Ille feras, Leporesque ciet per luſtra fugaces,
Mille voluptates referens & commoda mille.
At precio aucupium vincit, cum licia Turdos
Involvunt Merulasque ſapor cum pellicit uvæ.
Dulce nimis tortos per ſaltus tendere ſetas
Suſpenſis lino gemina quod nexile cerro
Infertas lento deſpectat vimine baccas
Sanguineo tinctas fuco, minioque rubentes.
Hic dum alata cohors petit inconſultior eſcas,
Vincla pedis ſtringunt vel noto lapſa ſequaci
Collum arctant: Turdus ſumma vi pendulus obſtat
Multa gemens, quatiensque alas, pedibusque reniſus
Ut ſeſe expediat; Sed lentis fixus habenis
Immoritur luctæ: Non ars non ſolvere vires
Sufficiunt; dulces urgent retinacula prædas.

Nec

Nec ſola hæc hominum nunc implet corda voluptas
Et Naſſis Sturnos capiunt, nox plurima tædas
Cum poſcit juncoque latens conſederit agmen.
Inde Galeritas ſectatus, pronior umbras
Cum ſol inducit laqueis complectitur auceps,
Emenſus ſecto flaventia jugera culmo,
Qua tulit enatas ſulcis ager arvus avenas.
Nunc Anates maculis aut jactis retibus unda,
Quatenus arborea diffunditur herbida ripa
Occupat inſidiis, vel, ſi qua tardius ales
Obſequitur, fuſa procumbit grandine turma
Innatitans ſtagno aut fluvios ſcrutata virentes.
Vimina quid lento referam circumlita viſco?
Cum tepor Autumni favet, aut cum tegmina junci
Tranſit anſes volucremque dolo diſpoſta fefellit
Noctua, qua denſas intra latet area frondis,
Illicibus reſon [illegible] per æquora linguis.
Tantus amor generis, nato quod nobile mundo
Commiſſas ſpernens dotes, ſe perdidit, &, dum
Deſerit autorem donis ſpoliatur opimis.
Nec minus imperium rerum, Pater optime, reddis,
Exornasque hominem, piſces, volucresque ferasque
Arbitrio ſubdens male te reverentis amici,
Dum docili variis capiendi ſuggeris artes.
Segnius ac par eſt recoli tua dona fatemur;
Tu tamen indulges & vilet gratia; verum,
Tota licet ſeſe promant præcordia, fruſtra
Munera ſollicitis certent æquare Lacertis,
In tantum humanas ſuperant ingentia laudes.
Tentavere graves Muſis ſed lentior auſis
Obſtitit egregiis depreſſæ anguſtia mentis,
Nitimur in vanum vacuos rapit aura labores,
Ni Pater alme tuos è cœlo ſufficis ignes,
Inflammasque animos ut grato munera cultu
Tollamus memores nec tanti [illegible] ida factis
Criminibus cæco oblivio damnet iniquis.
Magna adeo eximiam decorans ſolatia villam,
Et ſinus à ſtrepitu & turbis tranquillus amœno

Seceſſus latet arboreis pulcherrimus umbris,
Præterquam ſegetum Cerealiſque ubere glebæ,
Quod bene immenſæ ſua vincant horrea menſes,
Lac cunctaque pecus felici gramine, cella
Et lacte & ſapido quòd commendata butyro;
Nec major nec ſit vicinis lautior anſer,
Sint pernæ & nivei laudata tomacula porci,
Tum quod odoriferos diffundat Flora colores,
Paſcua læta Pales, pingat Pomona rubenti
Hortos exhilaret fœtu ſedeſque peritis
Concilians apibus dulciſſima mella miniſtrat.
Verum amor & placidi jugis concordia vici,
Omnia degeneris ſuperant ludibria mundi:
Haud movet ambitio, haud trepidis furor excitus armis,
Rixave, aut ſocias vellens diſcordia mentes:
Non metus infeſtat, vel livor dulcia rura.
Simplicitas candorque vigent culturaque recti
Imperio exercet facili mitiſſima corda.
Hic veterum libris vacuiſque remiſſior horis,
Vix ſtrepitum Dominus, patriam qui concutit, audit.
Nunc vegetus pulchri per quadrua compita luci
Ambulat & pictos geſtit decerpere flores.
Per rivum inſtructa gaudet nunc currere cymba
Suave nemus viridi cui deſuper incubat umbra,
Qua ſeptem verſus propè cogitur unda Triones,
Gramineos inter colles formoſaque prata.
Nunc per felicis ſpatiatur jugera campi,
Et ſegetes luſtrat; nunc læta armenta pererrat,
Aucupiove vacat jaculatricique Dianæ;
Vel vada pertentat reti & trahit humida lina.
Mox repetit dulces, Heliconia Numina, Muſas,
Pæoniiſque pias miſcens devotius artes,
Crebra Creatori ſervit Thymiamata cœlo
Grata adolens, venâ dum promptâ pangere carmen
Sacrum avet, & meritos ſupremo condere honores.
Nam neque tam cœli oblitus mortalia prono
Suſpicit affectu tota hæc ut gaudia mente
Depereat, vel non credat peritura viceſve

Æſtimet ignarus rerum : Dudum omnia Patris
Subdidit æterni placito. Sic poſſidet, ac ſi
Non habeat, curamque DEO committit agelli.
Quantumcunque placet ſummi præſentia dona
Numinis agnoſcit tanti veneratus amorem
Factoris, penetransque polos ſe jungit amato ;
Miſſurus cum fata volent hæc ima, ſuperna
Captaturus ovans jam nunc quæ mente pererrat.
Moribus his rigui felix ſors obtigit agri
Et ſancta ingenuam fovet indulgentia vitam,
Conſequiturque favor populi, Procerumque Ducumque,
Principis usque adeo, ut Pomerani inſtante Senatu
Nobiliumque choro dignatus honore Clientis
Jam Feudi teneat nexu lætiſſima culta.
At nos tàm grata maneat pars candida vita,
Ut, belli exactis furiis & triſtibus armis
Aurea pax noſtris vigeat rediviva ſub oris ;
Ut Patria immiſſo tandem eluctata tumultu
Tranſigat auſpiciis placidum melioribus ævum :
Sicque iterum ſocia juncti pietate probisque
Deliciis tuto lætemur in HORTOLINO.

AD VIATOREM

Siſte gradum, nec longius i, feſtine VIATOR,
Si ſpecioſa cupis cernere, ſiſte gradum.
Forte Voluptates quæris, quas æthere blando
Exhibet in culto Terra benigna loco.
En dabimus Tibi delicias & commoda Vitæ
Rureſtris celebri conſpicienda loco :
Hic vires Natura ſuas Tibi pandet & uſum
Monſtrabit, patulas ingredere ergo fores !
Hic benè diſpoſitam, nitidam & Conclavibus auctam
Magnificis cernes mente ſtupente DOMUM.
Hic HORTUS patet Arboribus prædives & herbis
Omnigenis, fluit hîc limpida fontis aqua.
Cætera prætereo, Tu ſedulus omnia luſtrans
DIC: HÆC EST MAGNI GLORIA MAGNA VIRI. F.

Gregorius Wendius.

VII.

VILLÆ TIMÆANÆ
IN
HORTOLINO
INSCRIPTIONES.

INSCRIPTIONES
VILLÆ TIMÆANÆ
I.
In Introitu per anticam ad inſigne
AQUILÆ PROTECTRICIS
EXCUBITORE DEO
VINDICE SCEPTRIGERO.

II.
In arcu pontis ſublicii
ADMITTO
ET
ARCEO

III.
In portâ decumana
PATESCO BONIS

IV.
In veſtibulo Domus
ad picturam
teſtudinis clypeatæ
SUB PARVO
SED MEO.

V.
Paullo altius
ſupra inſignia Gentis
TIMÆANÆ
Marmori inciſa
DOMUM HANC
CIRCUMQ. SEPTOS HORTULOS
RURIS
R[illegible] VI.

IX.

In penetrali Cænationis partis inferioris

Super Camino.

Hoc parvo Globo Vulcanus carcere clauſus,
Lenius transfundit Vires, & mollia Veris
Tempora conſtituit: ſic auram induſtria vincit.

X.

In Argyro-Hyalotheca ſupra Hypogæum
teſtudineatum.

Effigies.

HORATI tripudiantis

NUNC EST BIBENDUM, NUNC
PEDE LIBERO PULSANDA TELLUS.

Ex oppoſito.

SYRACIDIS imprecantis.

Væ qui potentes eſtis ad bibendum Vinum & Fortes
ad Ebrietatem: Amaritudo Animæ vinum multum.

In medio,

SENECÆ moderantis.

Sapientum voluptates remiſſæ & modeſtæ ac pene languidæ ſunt, compreſſæque, & vix notabiles, ut quæ neque arceſſitæ veniant, nec quamvis per ſe acceſſerint, in honore ſint, neque ullo gaudio percipientium exceptæ, Miſcent enim illas & interponunt vitæ ut ludum jocumque inter ſeria.

XI.

In Cænaculo

Mediæ Contignationis

LEX GENIALIS

B. F.

COEnipeta quisquis es, audi & obaudi.
Genius loci ſic edico:
Pranſurus ante XI. ne venito.
Poſt XII. ne maneto:
Cœnaturus ante VI. ne venito,
Poſt VII. ne maneto:
Prandii hic Tempus unius Horæ
Et cœnæ unius.

Si quis prævorterit ſcilicet, menſa vaciva :
Si quis remanſerit, ilicet, menſa ſublata.
Familiarium tamen ſi quis adſit,
Etiam altera hora indulgetur,
Sed ſermoni ; Non Cœnæ.
Sermo Genialis eſto,
Non tetricus, moroſus aut rixoſus.
Saturio ne acceſſeris :
Eſurio ne receſſeris.
Sed epulis liberum tibi fruendi jus eſto.
Sine tuburcinatione.
At Libero patre cum cavitione :
Treis crateras haurias :
Primam ſitis cauſſâ :
Secundam, ſis, hilaritatis ;
Tertiam, ſodes, voluptatis.
Primam Muſis :
Secundam Studiorum Præſidi
Apollini ;
Tertiam ſomno :
Sed omnes
Pro optimi Principis Salute
Libato.
Ceri mani memor :
Angeronæ memor :
Lautus eſto
Et cutis miſſis, Genium curato.

XII.

Super camino

QUI CALLET, CALET.

XIII.

In procætio
Ejusdem Conclavis.

O Domitor ſomne Laborum,
Requies Animi, pars humanæ melior vita
Placidus feſſum lenisque fove
Et longam fac me diſcere mortem.

XIV.

In Dormitorio
Ad Hypocauſtum ſuperius.

Hic juvat immites ventos audire cubantem
Et Dominam in tepido continuiſſe ſinu.

XV.

In ſeceſſu cubilis.

EXTERIORA PATENT.
INTERIORA LATENT.

Paullo inferius

REBUS NE CREDE CADUCIS.

XVI.

In aditu
Armamentarii & Bibliothecæ ſuper portâ decumanâ
Effigies
JULI CÆSARIS
dextrâ gladium, lævâ
librum tenentis

EX UTROQUE.

XVII.

In foribus Culinæ

VIVITUR PARVO BENE.

XVIII.

Super arrectario Equilis.

OCULUS DOMINI SAGINAT
EQUUM.

XIX.

In Inſula Viridarii
Super oſtio Auſtrali
Ædiculæ Octogonæ.

Linquenda Tellus, & Domus, & placens
Uxor; Neque harum quas colis arborum
Te præter inviſam cupreſſum
Ulla brevem Dominum ſequetur.

XX.

Super oſtio Boreali

pone

pone Cochleam.

Cum me convertiſſem ad univerſa opera, quæ fecerant manus meæ, & ad labores, in quibus fruſtra ſudaveram; Vidi in omnibus vanitatem & afflictionem animi, & nihil permanere ſub Sole.

XXI.

PINETUM

In monte Scavio

Satum

cum Epigraphe marmori inciſâ.

HOc ego conſevi Pinetum in monte Timæus,
Eſſet hybernis flamma parata focis:
Velifer aut navi malus: vel tigna trabesque
Ædibus: Aut celſis commoda ligna tholis:
Aſt nova dum lento ſuccreſcunt germina tractu,
Approperat vitæ lubrica meta meæ.
Sufficiat teneræ vidiſſe haſtilia plantæ,
Robora venturæ poſteritatis erunt.

G. P. S.

ARENOSI MONTIS
STERILITATEM
CERES
EMENDARE NESCIA
SYLVANO
CULTURAM CESSIT
CURANTE
FUNDI DOMINO
B. T. V. G.
ANNO
M. DC. XXXIII

RARIORA

TOMUS TIMÆANÆ.

I.

SCOLYMUS

Raræ magnitudinis
Pendens libram unam civilem & uncias
decem cum dimidiâ
nata
In Viridario TIMÆANO

ANNO

ANNO M. DC. LV.

Plebejam quantum ſortem prægreſſa videtur,
Naſcendi SCOLYMUS, tantum eſt tranſgreſſa TIMÆI
Vires, obſcuros nunquam paſſura Nepotes:
Hinc petite ô Juvenes generoſum ſemen & agram
Ne ſatuis PATRIAM meſſis deludet avenis.

Faciebat in tranſitu
JOHANNES GEBHARDUS
RABNERUS.

II.

TURDUS
HELVI PUNICEIQUE
COLORIS
CAPTUS
IN ALNETO TIMÆANO
ANNO
M. DC. LVI.

III.

PHASIANUS,
AVIS
TERRIS SEPTENTRIONALIBUS
IGNOTA
PROPE VIRIDARIUM TIMÆANUM
GLOBO TRAJECTUS
D. XXI. OCTOBR.
ANNO
M. DC. XLVIII.

IV.

LUCIUS
DUORUM CUBITORUM
ET PALMI UNIUS
CAPTUS
IN RIVO CORNICUM DICTO
QUA HORTOLINUM ALLUIT
D. IV. SEPTEMBRIS
ANNO
M. DC. XXXVII.

V.

CARPIO
CUBITI UNIUS ET DIMIDI.
CAPTUS

IN ICHTIOTROPHIO
VILLÆ INTERNO
VERSUS BOREAM
D. xx. OCTOBRIS
ANNO
M. DC XXXVI.

VI.

ALCIS
NATIVA CORNUA
SCULPTILI
QUÆ VIDES IMPACTA CAPITI
CUM INTEGRO CORPORIS SCELETO
JUXTA VILLAM HANC
SEPTENTRIONEM QUA SPECTAT
EX PROFUNDO TERRÆ
A FOSSORIBUS
ERUTA
OB ANIMALIS
IN HISTORIIS RARITATEM
INTER ORNAMENTA
DOMUS SUÆ
REPOSUIT
B. T. V. G.

VII.

HALCYON
Ad fontes
HORTOLINI TIMÆANI
bacilli jactu ab Hortulano
percuſſa.
ANNO clↃ IↃC XXXIV.

IGnota terris Halcyon
Nec ulli viſa Balthico
Qui conſidemus littore.
Dum fontis leni ſtrepitu
Incauta gaudet, capitur
Tranquillitatis nuncia
Quà prædium, qua Dominus
Communes inter lituos
Armorum quæ Germaniam
Concutiebant undique

Deo

Deo tutore ſubſiſtit.
Hoſpes pacata prædio
Precatus Halcyonia
Pacatus ipſe vivito.

De Eadem.

CUi Natura dedit vocalem Dædala cantum
Cui viridem & cœli referentem cærula fucum
Affudit pulchris guttatâ aſpergine plumis.
Puniceum pectus, roſtrum teres, aurea crura,
Quam reliquæ alituum præponunt rara cohorti:
Cui Pelagi ponit furor & dum naſcitur, aura
Blanditur ſævæ miteſcere credita Brumæ,
Dilectam Thetidi Halcyonem, nil triſte timentem
Suſtulit, heu! jactus, placidi dum murmura fontis
Sectatum, tutis quærens requieſcere ripis.
Nil crudele ſonans nocuit mare, ſors mala jactu
Sternit & ad ſcatebram ludentem funere mergit.

VOTUM QUIETIS

HOc votum, hæc me cura coquit, labor ille remordet
Ut placitæ tandem liceat ſuccedere terræ
Poſt ſævæ fluctus ſortis, tumidasque procellas,
Quæ curſum noſtræ, tot jam volventibus annis
Aſſiduo inſultu miſerum tenuêre carinæ,
Ut proram optato liceat defigere portu
Jam feſſam tuto quo ſe premat Anchora morſu.
Exoptata diu ſaltem mihi meta propinquet,
Qua detur exhauſti fructum guſtare laboris,
Et gaudere piâ parti dulcedine ruris.
Omnipotens PATER, immenſam cui nulla triumphat
Virtutem rerum moles, cum noſtra quietis
Littora contigerit navis felicibus auris
Annue, quo jugi virtutum accenſus amore
Perſequar auguſtæ veſtigia candida pacis.
Non trahar illecebris ævi, non turgida faſtu
Ambitio incautum rapiat, non livor adurat,
Obſequio placeam, ſcitis melioribus inſtem,
Atque exoſus humum manſura palatia quæram.

INDEX EPISTOLARUM
LIBRI PRIMI.
De præcipuis ſupremi ventris affectibus.

Epiſt.		*Pag.*
1.	De paralyſi palpebrarum.	451
2.	De eodem affectu.	455
3.	Ejusdem argumenti.	456
4.	De eodem morbo.	458
5.	De eodem caſu.	459
6.	De eadem materia.	461
7.	De Paralyſi ſiniſtri lateris.*	463
8.	De eodem affectu.	467
9.	De mira quadam Epilepſia	470
10.	De Epilepſia ex retentione Lochiorum.	476
11.	De Epilepſia uterina.	479
12.	De eodem affectu.	480
13.	De præſervatione à Catarrhis	481
14.	De Catarrho epidemio.	483
15.	De Dolore Capitis.	485
16.	De eodem affectu.	489
17.	Ejusdem argumenti.	492
18.	Dolor capitis & visûs obſcuritas.	496
19.	Oculorum hebetudo & ſuffuſionis initia.	497
20.	De vomitoriorum in affectibus oculorum noxa.	498
21.	De viſus imbecillitate & ardore ſtomachi.	499
22.	De diuturna ad oculos defluxione eorundemque rubedine & imbecilli viſione	500
23.	De ſuffuſione oculorum.	[illegible]
24.	De eodem affectu.	509
25.	De eadem materiâ.	[illegible]
26.	De aqua ophthalmica Prævotii & aliis contra defluxiones oculorum & ſuffuſiones facientibus.	511
27.	Cæcitas ex caſu.	512
28.	De Medicamentis quibusdam ophthalmicis.	514
29.	De difficultate auditus	515
30.	Ejusdem argumenti.	518.
31.	De eodem affectu.	519
32.	De dolore dentium.	525
33.	De odontalgiâ pertinaciſſimâ.	5[illegible]6
34.	De clauſura Oris.	528
35.	De melancholia hypochondriaca & propenſione in Somnum.	5[illegible]
36.	De anxietate animi & melancholia hypochondriaca incipiente.	5[illegible]

Index Epiſtolarum Libri Secundi.

De morbis medii ventris fere omnibus.

1.	De præcavendâ phthiſi ex catarrhis	[illegible]
2.	De phthiſi exulc. pulmonis.	[illegible]

De

3. De arcano antiphthiſico. 546
4. De phthiſi. 548
5. De phthiſi & vermibus per vomitum & ſeceſſum rejectis. 551.
6. De phthiſi ex ulcere pulmonum. 554
7. De Peripneumonia 555
8. De Pleuritide periculoſa 557
9. De compendioſa pleuritidis curatione. 557
10. De febri maligna cum ſuſpicione pleuritidis. 560
11. De Aſthmate 562.
12. De eodem affectu. 565
13. Compreſſio & anguſtia pectoris. 566
14. Tuſſis. 572
15. Tuſſis ferina 574
16. Hæmoptyſis. 576
17. Palpitatio Cordis. 577
18. De aqua mea cordiali ex ſuccis. 581
19. De debilitate virium, ſiti, vigiliis, & contractura digitorum ab arthritide. 582
20. De imbecillitate virium ex Senio. 584
21. De animi deliquio per conſenſum 587
22. De aqua vitæ Anglicâ. 589
23. De palpitatione cordis validiſſima. 590
24. De pleurit. poſt abortum 594

Index Libri tertii.

De plerisque infimi ventris affectibus.

1. De Cardialgia 598
2. De Anorexia. 602
3. De ventriculi imbecillitate, ructibus, calculi præſervatione, & curatione. 603
4. De dolore ventris. 606
5. De eodem affectu. 609
6. De tumore ventris. 610
7. De eodem affectu. 612
8. De Doloribus Colicis. 614
9. De colica flatulenta 616
10. De cachexia ſcorbutica. 617
11. De eodem affectu. 619
12. De eadem materiâ. 621
13. De oppilatione & intemperie epatis calida. 622
14. De alvi obſtructione, tumore abdominis & metu hydropis. 623
15. De hydrope & lue venerea inveterata 624
16. De affectione hypochondriaca. 627
17. De eadem affectione. 633
18. De affectione hypochondriaca cum dolore Capitis, alvi duritie & aliis ſymptomatibus. 635.
19. De affectu hypochondriaco & gonagra 645
20. De affectione hypochondriaca ſcorbutica. 648
21. De eodem affectu. 658.
22. Ejuſdem argumenti. 661
23. De dolore in Hypochondrio ſiniſtro, gingivis ſangvinem fundentibus, oculorum ſcotomiâ aliisque ſymptomatibus 666
24. Ejuſdem argumenti. 668

25. De tumore & obſtructione Lienis, alvi conſtipatione & virium imbecillitate 670
26. De alvi duritie & conſtipatione. 673
27. De affectione hypochondriacâ & maculis Epaticis 675
28. De affectione hypochondriaca & ſcorbuto 680
29. De Scorbuto. 681
30. De eodem affectu. 688
31. De Calculo Renum. 690
32. De arcano contra calcul. 696
33. De mictione cruenta. 698
34. De mictione involuntaria 690
35. De dolore penis, mictione frequenti, & pollutione nocturna. 70[illegible]
36. De tumore duro teſticuli ſiniſtri. 705
37. De Hernia. 707
37. De dyſenteria. 708
38. De procidentia uteri & peſte. 7[illegible]
39. De eodem affectu. 710
40. De mola. 713
41. De quibusdam complicatis affectibus 714
42. De iisdem. 718
43. De Herniâ inteſtinali. 722
44. De præcavenda cacochymia & hydrope. 72[illegible]

Index libri quarti
De febribus.

1. De febri tertiana ſimplici. 729
2. De eadem. 73[illegible]
3. De febri tertiana & ſuffocatione uteri. 73[illegible]
4. De tertiana duplici. 73[illegible]
5. De febri quotidiana. 73[illegible]
6. De eadem. 7[illegible]
7. De febri quartana. 7[illegible]
8. De eadem & nonnullis aliis 7[illegible]
9. De diverſis febribus ex mala victus ratione. 7[illegible]
10. De febri putrida incerti typi 7[illegible]
11. De febri ardente continua. 7[illegible]
12. De morbo Ungarico. 7[illegible]
13. De febri maligna. 7[illegible]
14. De eadem. [illegible]
15. De febrium malignarum brevi & ſuccincta curatione. 7[illegible]
16. De variolis & morbillis, [illegible]
17. De præſervatione [illegible] & Dyſenteria 7[illegible]
18. De peſtis & dyſenteriæ prophylactico. 770
19. De compendioſa peſtis præſervatione & curatione. 7[illegible]

Index libri quinti
De arthritide, Partium externarum & venenatis quibusdam morbis.

1. De præſervatione & curatione arthritidis 7[illegible]
2. De eodem affectu. [illegible]
3. Ejusdem tenoris. [illegible]
4. De eodem caſu. [illegible]
5. Ejusdem argumenti. 8[illegible]
6. De eadem materia. 81[illegible]
7. De Podagra. 81[illegible]
8. De Podagræ transplantatione 81[illegible]
9. De arthritide vaga ſcorbutica [illegible]
10. De tumore eryſipelatode in crure dextro. [illegible]

11. De

[illegible] [illegible] & crurum dolore. 8[illegible]
[illegible] fistulis 819
[illegible] humani & [illegible] 820
[illegible] [illegible] cum [illegible] ab e-
[illegible] [illegible] rejecto. 821
[illegible] ab alto. 822
[illegible] [illegible] 824
De [illegible] [illegible]. 825
De [illegible] [illegible]. 827
De [illegible] ligni sancti & [illegible] in [illegible]. 828
De [illegible] [illegible]. 8[illegible]
De [illegible] [illegible] cum [illegible] & do-
[illegible] [illegible] 833

[illegible] [illegible] [illegible]

*De quibusdam ſcriptis & operationibus medicis [illegible] [illegible] De-
ſcriptionibus.*

1. De Scriptis Medicis D. Danielis Sennerti 839
2. De opere anatomico Adriani Spigelii & quibusdam medicamentis Chymicis. 841
3. De [illegible] medico & [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] 843
4. [illegible] [illegible] ex Italia. 856
5. De [illegible] [illegible]. 849
6. De [illegible] [illegible]. 852
7. De [illegible] quibusdam in [illegible] ſectione cadaveris
Ill. Comitiſſæ de [illegible] &c. obſervatis. 855
8. De cadavere exenterato Dn. [illegible] B. 856
9. De [illegible] [illegible] Hornhuſii & aliis quibusdam. 857
10. De conditura laterum. 863
11. De uſu acidularum Schvvalbacenſium. 866
12. De [illegible] patione alvi 868
13. De Tinctura Mercurii Antimonii 871
14. De affectione Hypochondriaca & ſcorbuto. 871
15. De complicatis quibusdam affectibus in muliere gravida. 878
16. De morbis quibusdam in partu & poſt partum obſervandis. 881
17. De præſervatione morborum generali & in ſpecie Hydropis. 887

INDEX AFFECTUUM
ALIORUMQUE IN EPI-
STOLIS CONTENTORUM.

Acidularum Svvalbacenſ. uſus 866
Alvi obſtructio. 623 848
Anatomia Spigelii 842
Angustia pectoris 566
Anni [illegible] [illegible] [illegible]7
Anorexia 602
[illegible] [illegible] 53[illegible]
Aqua [illegible] alis ex ſuccis 58[illegible]
[illegible] [illegible] Præ[illegible] [illegible] 5[illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] 589
Ardor [illegible] 499
Arthritidis curatio & præſervatio 78[illegible]
Arthritis vaga ſcorbutica 814
[illegible] 562
[illegible] [illegible] 5[illegible]5
[illegible] [illegible] 8[illegible]2
[illegible] [illegible] 725
[illegible] [illegible] 617
Cadaver exenteratum 856
Cæcitas ex caſu 512
Calculus Renum 690
[illegible] [illegible] & curatio 696.603
Cardialgia 558
[illegible] [illegible] 822
Catarrhus 481
Epidemicus 483
Chymica [illegible] 841
Clauſura Oris 528

C[illegible]

Colica flatulenta 618
Complicati affectus 714
in muliere gravidâ, 878
Compreſſio pectoris 566
Conditura funerum 863
Contractura digitorum 581
Defluxio ad oculos 500. 511
Deliquium animi 587
Dolor brachii 820
capitis 485
colicus 614
crurum 818
Dentium 523
humeri 820
lumborum 818
penis. 720
ventris 606, ſeq.
Dyſenteria 708
Præſervatio 769
Prophylacticum 770
Epatis oppilatio intemper. calida
[illegible]
Epilepſia mira. [illegible]
ex retent. Lochior. [illegible]
Uterina. 479
Febris ardens 748
Duplex tertiana 729. 734.
maligna 75[illegible]
Febrium malignarum brevis curatio. 75[illegible]
Febris maligna cum pleuritide 560
Febres variæ ex mala victûs ratione 74[illegible]
Febris putrida 74[illegible]
Quartana 7[illegible]
Quotidiana. 7[illegible]
Gonagra 64[illegible]
Gratulatio de reditu ex Italia 846

Hæmoptyſis 576
Hernia 707
Inteſtinalis 721
Hornhuſiæ fontes 4[illegible]7
Hydrops 624
Hydropis metus 623
Hypochondriaca affectio 627. 635 871
Ligni ſancti uſus 820
Lues venerea 624. 831
Maculæ Epaticæ 675
Medicinæ ſtudium 84[illegible]
Melancholia ſtupiens 5[illegible]
Melancholia hypochondriaca 710
Mercurii Antimonii tinctura. 871
Mictio cruenta 6[illegible]6
involuntaria 69[illegible]
frequens 7[illegible]
[illegible] 7[illegible]
[illegible] 75[illegible]
Morbus Ungaricus 749
Morſus canis rabidi 825
Serpentis 824
Oculorum hebetudo 497
rubedo 500
Suffuſio 5[illegible]8
Odontalgia pertinaciſſima 526
Ophthalmica 51[illegible]
Oris clauſura 518
Palpitatio cordis 577
valdiſſima 59[illegible]
Paralyſis palpebrar. 451
Siniſtri lateris. 463
Peregrinatio 843
Peripneumonia, 55[illegible]
Peſtis. 7[illegible]9
præſervatio 76[illegible]
prophylacticon 77[illegible]

Curatio 77[illegible]
Phthiſis 537 [illegible] ſeq.
ex ulcere pulm[illegible]
541. [illegible] 514
Pleuritis 5[illegible]
Curatio. [illegible]
Podagra [illegible]
Podagræ transplantatio [illegible]3
Pollutio nocturna [illegible]
Procidentia Uteri [illegible]
Ructus [illegible]
Scabies ſicca [illegible]
Scorbutus [illegible]
Sectio cadaveris [illegible]
Sennerti ſcripta [illegible]
Sudatio in Laconico [illegible]
Suffocatio uteri 7[illegible]
Suffuſio oculorum. [illegible]
Tumor [illegible] 6[illegible]
[illegible]des. 8[illegible]
[illegible] [illegible]
teſticuli 74[illegible]
ventris 6[illegible]
Tribulus aquaticus [illegible]4[illegible]
Tuſſis 5[illegible]
ſerina 5[illegible]
Variolæ 7[illegible]
Venerea lues 8[illegible]
Ventriculi imbecillitas [illegible]
Vermes per vomitum re[illegible]
[illegible]
Vigiliæ [illegible]
Virium imbecillitas ex [illegible]
76[illegible]
Viſus obſcuritas [illegible]
imbecillitas 495
Voniitoriorum uſus oculis [illegible]xius. 4[illegible]

L. S.

P[illegible]eriores Epiſtolæ Libri ſexti ab undecima uſque ad ultimam ſcriptæ & quaſi poſt[illegible] acceſſere, aliquin ſuis inſerendæ locis [illegible] monitum volo, ne argument[illegible] [illegible] reſpondent, quæ impiam forte offendant. Errata autem, quæ feſtinante oper[illegible] Typothetarum reperire, benevolus Lector ipſe corriget. [illegible] ſi quid aliud inter curas & conſult[illegible] [illegible] prætervisum, [illegible] interpretabitur.

F I N I S.